COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXIII. PARS III.

LIPSIAE MDCCLXXX.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
ondini apud Fr. Elmsly. Edinburgi apud Io. Balfour. Lugd. Bat. apud
rares Luchtmann. Parisiis apud Barroi senior. Venetiis apud Io. Bapt.
Pasquali. Milano apud Iof. Galeazzi. Augustae Taurinor. apud
Laurent. Giraud. Holmiae apud Magnum Sweterum.

I.

rnal de Médecine, Chirurgie, Pharmacie etc.
par Mr. A. ROUX, Tom. XLV. à Paris, 1776.
g. pagg. 576. et Tom. XLVI. pagg. 576.
ibid. eod.

i. e.

rium ad Medicinam, Chirurgiam et Pharma-
iam pertinens, Auctore A. ROUX, Tom. XLV,
t Tom. XLVI.

Menſis Ianuarius. Tom.

Obſeruationes de morbis Turcarum, *Auctore Cl.* XLV.
PARIS *). Peſtis videlicet, et febrium ma- p. 12.
arum epidemicae cauſae non ſolum narrantur,
et ſanandi ratio traditur.

2) *Epiſtola tertia ad* A. M. ANT. DE HAEN, p. 24.
L. LOUIS ODIER, *de metuenda morte ex variolis:*
nt tabulae, quibus de mortuis ex variolis in-
tu Geneuenſi ſupputatio fit.

3) Hanc excipit *epiſtola* DE LA ROCHE, qua p. 45.
ruatio *de tetano eiuſque, ope mercurii, ſanatione*
tinetur. Virginem quandam quatuordecim an-
um natam, tetano correptam eſſe refert, eiuſque
oriam fuſius tradit, cui tandem ſuas ſubnectit
ruationes, et vſum mercurii ſuadet.

4) *Obſeruatio Cl.* CHARNAUX *de tumore teſti-* p. 74
at ſcroti per caſtrationem diſcuſſo. Exemplo il-
tratam hanc obſeruationem aliis, vt ſimile quid
cont, admodum commendat.

5) Tandem *obſeruatio Cl.* LAVALE'E *de in-*
te nato abſque vllis vitae indiciis, atque facili qua-

*) vid. ſupra.

dam methodo ad vitam reducto. Mortem h
fantis ex funiculo vmbilicali, qui dupliciter
collum erat conuolutus et vim venis iugul
externis intulerat, deducit; vnde ex illo fu
ſanguinis aliquam partem effluere fecit, quo e
pulſum cordis et arteriarum ſenſit, et fricti
cum calido vino in cordis, pectoris et infimi v
regionibus inſtitutis, in integrum reſtituit infa

Menſis Februarius.

p. 111. 1) *Syſtema phyſicum et morale feminarum,*
diſquiſitio philoſophica de conſtitutione, ſtatu org
temperamento, moribus et functionibus ſequiori
propriis, conſcriptum, a Cl. ROUSSEL. Duabus
p. 113. tibus totum abſoluitur, prior tradit differentia
nerales inter vtrumque ſexum intercedentes,
potiſſimum conſpiciuntur tempore pubertatis,
primitiua conſtitutio multas eaſque admodum
ſpicuas ſubit mutationes. Quae ipſae Cl. Au
anſam ſuppeditarunt de ſtructura partium ſi
rum ſenſibilium, et de peculiari organiſatione
tium conſtitutiuarum feminarum accuratius
p. 116. mentandi; inprimis in elementorum ſubti
organa feminarum conſtituente, principium ſi
laris illius mobilitatis quae in ipſis reperitur,
cat, ex quibus etiam mollitiem, ipſis propri
petit. Mollities illa et ſenſilitas igitur prim
locum penes femellas obtinent eaſque ita
guunt, vt ratione temperamenti non tanta ob
p. 125. tur varietas, quanta in viris conſpicitur.
quidem temperaturam remediis naturalibus
ſeruari poſſe ſtatuit Cl. Auctor, quorſum re
bores modicos, eamque turbari cauſis fortuito
accedentibus, abuſu alimentorum et potulen
etc. In poſteriori parte tractat peculiares diff
p. 126. tias vtrumque ſexum diſcernentes. Quare ag

nis generationi dicatis eorumque structura ana-
ica et functionibus, quorum organorum in utro-
sexu diuersitas potissimum amorem virorum
ciunt. Deinde functiones ad actum generandi
currentes persequitur, easque menstrui fluxus
cipium esse asserit, qua occasione de matrice,
ma, generatione in vniuersum quoad sexum
iorem ex mente HIPPOCRATIS lectu dig-
protulit. Tandem de grauiditate, de naturali
tus termino, de naturali partu et lactatione dis-
uit.

2) *Epistola Cl.* PICQUE, *de temperamentis* p. 132.
niuersum et idiosyncrasiis quibusdam peculiaribus.
gnam vtilitatem ex doctrina de temperamentis
rtem salutarem redundare ex HIPPOCRATIS et
RVM scriptis non solum, sed etiam ex CLERICO
ligitur, qui cum reliquis VAN HELMONTI co-
mina, quibus vsum eorum imminuere studuit, pe-
us imo fecit. Exemplis suam commentationem
Auctor illustrauit.

3) *Obseruatio de abscessu hepatis coniuncto cum* p. 149.
rho pancreatis, ex quo extracti sunt nouem trian-
lares calculi eiusdem crassitudinis et magnitudinis, quo
statu omnia fere infimi ventris viscera suppurata
sunt, Auctore Cl. FOURNIER. Femina triginta
annorum doloribus colicis infestata, qui regio-
m epigastricam et vmbilicalem in dextro latere
rsus lobum interiorem hepatis occuparent, paucis
bus post alios sensit dolores, qui versus verte-
s dorsi vsque ad ventriculum et regionem me-
terii progrediebantur. Duabus sanguinis missio-
bus vnaque purgatione incassum adhibitis, dolores
cruduerunt, adiit deinde Cl. FOURNIER chirurgum,
ui, examine instituto, magnum in conuexa hepatis
bstantia deprehenderet renisum tumoremque pro-
ndum ac dolentem versus mesenterium, quocum
erus et motus febris lentae cum horripilationibus

coniuncti erant, ex quibus omnibus ſymptomat
abſceſſus in hepate Cl. Auctor ſuſpicabatur pra
tiam. Efficaciſſimis remediis in ſubſidium ad
p. 155. tis, nihilo ſecius aegra diem obiit ſupremum, ſe
que in cadauere inſtituta Cl. FOURNIERII diag
ſin firmauit.

Menſis Martius.

p. 195. 1) *Methodus noua morbos venereos per ſa
gationem ſanandi, Auctore Cl.* P. LALOUET
Aeger videlicet ſub conopeo conſtitutus dep
tis omnibus veſtimentis fumum e prunis
p. 197. poſitis, quibus pulvis paſtillorum compoſitor
pharmaceuticorum inſpergitur, excipit, ibique
quantiſper commoratur, et ſi ſuffocari videtur,
aperturam in conopeo factam aer immittitur
reſpirare poſſit. Tandem aeger calido lecto
ponitur, ipſique vno vini vitro dato per vnam
duas horas ſudor prouocatur. Puluis autem pa
p. 204. ſus ſingulari ſtudio praeparatus, vocatur *puluis m*
p. 206. *curialis ſimplex*, et *puluis mercurialis argilla*
Hos pulueres omnibus proprietatibus puluerum
curii dulcis gaudere Cl. Auctor profitetur. His
p. 207. *liquorem mercurialem*, et *puluerem mercurialem*
tialem. Liquor ille in omnibus morbis vener
p. 208. quorum ſedes in viſceribus eſt, aeque ac in gon
hoea ſalutaris cenſetur, confertque non ſolum a
tis, ſed etiam infantibus abſque omni metu perc
p. 209. in omnibus autem penis morbis, in puſtulis, canc
rhagadibus etc. mercurialem puluerem martia
exhibet, diſſipatiſque morbis externe conſpi
propinat puluerem mercurialem ſimplicem.
morbis oculorum, faciei, et gutturis puluere m
p. 210. laceo mercuriali vtitur. In phthiſi venerea inc
ente puluerem argillaceum ſucceſſiue progredi
do ad ſimplicem ſuadet; in glandularum, bub
num

mque vitiis, vt et tumoribus testiculorum mer-
ialis puluis martialis exoptatam opem tulit, si-
ti et in exostosibus venereis. Fluxionibus femel-
rum venereis confert puluis mercurialis simplex.
umigatio vero cum puluere simplici omnem go-
orrhoeae absoluit curam. Martialis vero in fistu-
s perinaei ex inueterata gonorrhoea ortis, et in
landis prostratarumque ab humoribus venereis
ulcerationibus indeque pendente stranguria, vti-
s est quam maxime. Praeparationem autem ho-
m remediorum, quoniam breuitati nobis est stu-
endum, hic mittimus. Pauca tantum de ipso in-
umento, quo vsus est Cl. LALOVETTE, addenda
nt. Arca siue cista efficitur, in qua aeger in li-
eo sedili, quod eleuari et demitti potest per cre-
thras, sedere possit, quae tamen vndique peni-
s clausa est. In superiori operculo ad caput
ransmittendum apertura est, quae quidem apertura
ecnato assere clauditur. Alia in inferiori con-
picitur parte apertura, cui potest ignitabulum im-
itti, et in alia parte est porta quaedam, per quam
ocitur puluis fumigatorius.

2) *Obseruatio de elephantiasi vsu balneorum et* p. 212.
uiscorbuticorum sublata, a Cl. TELLINGE. Ipsum
orbum EXARETAEO examini subiecit et methodo
Boerhaauiana et Swieteniana adhibita aegro pristi-
um valetudinem restituit.

3) *Epistola Cl.* MORAND *ad Cl.* LEROY *de ca-* p. 216
*uere femineo, cuius ossa penitus emollita et in Aca-
demiae Regiae Scientiarum historia Parisina, de anno
1764 *) descripta leguntur.*

 4. *Reme-*

*) v. comm. nostr. Vol. XVII. p. 265. it. Aduersar. med. pract. Lipsi. Vol. II. p. 421. v. comm. nostr. Vol. XIX. p. 126. Pertinet et huc femina *Queriot* seu *Supiot*, de qua v. comm. nostr. Vol. IV. p. 384. Vol. VII. p. 279.

p. 220. 4) *Remedium aduerſus taeniam ad Cl.* [illegible] *per* Cl. LAGRNE. Clyſtere ex decoctione ficu[illegible] hibito, poſtero die ipſa cura inchoatur. [illegible] valerianae ſylueſtris recenter pulueriſatae [illegible] minum ouorum calcinatorum et tritorum [illegible] cerata in vno vitro vin. albi, dentur ieiune [illegible] tino tempore. Aeger autem in lecto decu[illegible] et paululum ſudet, neque intra tres horas ipſi [illegible] rigatur cibus potuſque, poſtea vero iuſculum [illegible] poteſt, obſeruato praeter ea bono regimine [illegible] omne curandi tempus. Quarto die purgandum [illegible] hunc in modum. ℞ Mercurii dulc. gr. X. Pan[illegible] merc. gr. iV. Diagr. ſulph. gr. Xij. putam. oeor[illegible] calcinat. et trit. gr. XX. miſc. et fiat cum Sy[illegible] flor. perſic. q. ſ. bolus, mane ſumendus. [illegible] bus horis poſt, vnum vitrum de ſequenti reu[illegible] capiat: ℞ Sennae mund. ℥ſſ ſoluatur in ℔ij [illegible] calidae, add. ſal. fix. tart. gr. viij. digerantur lem[illegible] per totam noctem et colentur ad vſum. Vna h[illegible] primo vitro aſſumto, elapſa, detur iuſculum, et [illegible] tinuetur aut intermittatur laxantis vſus, prout [illegible] effectus purgans requirere videtur, veſperi a[illegible] clyſtere eſt vtendum. Robuſtioribus autem, [illegible] indicationum ratione, vomitorium ex tartaro [illegible] tico cum clyſtere eſt exhibendum. Hoc m[illegible] procedendum eſt ſemper tribus diebus p[illegible] lapſis, donec taenia diſceſſerit. Notandum h[illegible] has doſes ratione aetatis et conditionis aegro[illegible] eſſe immutandas.

p. 224. 5) Cl. VERDEIL. *obſeruatio de artificiali re[illegible] tutione naſi et palati carie deſtructorum.* Q[illegible] viginti et octo annorum ab amico baculo in n[illegible] percuſſus carie infeſtatum demum amiſit n[illegible] Cl[illegible]

279. Plura exempla oſſium emollitorum v. in ind[illegible] bus primae et ſecundae decadum noſtr. co[illegible] ſub verbo *oſſa*.

chirurgis frustra in subsidium vocatis, ipse, sua industria reperto remedio, nasum sibi applicauit. Effecit videlicet nasum ex ligno tiliaceo, colorem faciei ipsius proprium conciliauit, fibulaque argentea cum annulo mobili ornauit, et ipsi faciei per emplastrum diapalma applicauit. Palatui autem vt succurreret, adaptauit partem spongiae subtilis ita, vt palatus exaequaret magnitudinem; uvulam huius artificialis palatus, obduxit argento subtiliter tractato filtico spongiaque tecto, et sic palatui applicauit effecitque, vt distincte et articulate loqui, et sine difficultate masticare et deglutire posset. (Simium et aegrum et machinam ipsi vidimus. Aeger quoque ope machinae eiusmodi sat, distincte loquebatur).

6) Cl. TERRAS *Obseruatio de hydrophthalmia.* p. 239.
Infantis trium annorum et sex mensium hydrophthalmia cum staphylomate coniuncta laborantis historia hic exhibetur, qui, recusantibus parentibus operationem, periit.

7) Cl. BRASDOR *Coniecturae de lue animalium* p. 258.
grassante in prouinciis meridionalibus Galliae. Principem causam in vermibus pecora infestantibus quaesitam esse pluribus Noster docuit, firmareque studuit exemplis.

8) *Obseruatio Cl.* BEAUSSIER DE LA BOU- p. 267.
CHARDIER, *de faba per asperam arteriam vsque ad bronchia dextra deglutita et quinto die per expectorationem eiecta.* Arte apud puerum annorum octo, qui fabam deglutierat, frustra in subsidium vocata, et conuulsionibus cum violenta et continua tussi, doloribus et omnibus pleureſiae symptomatibus, coniunctis, demum natura ipsa fortis tussis ope puerum a suo liberauit sexta demum die malo, qua liberatione et omnia mala symptomata recesserunt.

Menſis Aprilis.

p. 310. Cl. PARIS *obſeruationes de morbis Tu-rum.* Recenſet hic abortus atque ſtudium eos mouendi, ex quo ob vim, partibus generationi tis illatam, multi iique grauiſſimi generantur mo deinde impotentiam et abuſum remediorum ab diſiacorum immodicique veneris vſus nocume ta commemorat, et de morbis mulierum, num menſtruo fluxu, ſuppreſſione, malo hyſterico his annexis agit.

Menſis Maius.

p. 387. 1) *Memorabilia literaria, critica, philologica, bi graphica, et bibliographica inſeruientia hiſtoriae dicae veteri ac recentiori, confecrata* LVDOVICO XI Vt de ipſo libro, cuius plures promittuntur par per ſubſcriptionem, eo melius iudicare qu ant Lectores, paucis articulorum indicem percur mus. Itaque Art. I. diſſertatio continetur, q docet medicinam a rerum primordiis tribus co ſtitiſſe partibus, quod et Celſus in prooemio et aſſeruerunt, videlicet diaetetica, chirurgica, pharm ceutica, quarum omnium praeſtantia peculia declaratur. Art. II. vitae deſcriptio PETRI DE A BANO exſtat. Art. III. de origine anatomiae tra quam ad HEROPHILUM tempore PTOLOMAEI TERIS refert. Art. IV. continet notitiam quor dam librorum recenter editorum. Art. V. rela nem exhibet de morbis epidemicis circa Lut diuerſas animantium ſpecies infeſtantibus ab in anni 1763. vſque 64. ſuppeditata eſt haec relatio AUDOVIN DE CHAIGNEBRVN. Art. VI. anec biographica de IOSEPHO FRANC. BORRI et de milia SEBIZII commemorat. Art. VII. de inſtit Regis in gratiam Chirurgorum facto, de profeſſio chymiae ſiue potius pharmaciae chirurgicae fundi

egit. Art. VIII. bibliographiae dicatus est. Art. IX. casum aliquem singularem historiae inoculationis inseruientem refert. Art. X. coniecturas de tempore, quo plurimi veterum medicorum vixerint, proponit, incipit ab ASCLEPIADE et cum GALENO desinit. Art. XI. de libris recenter impressis, et XII. de remedio aduersus taeniam Regis iussu publici iuris facto agunt. Art. XIII. summam litterarum DELAFITTE CLAUE', de lue pecudes in prouinciis Galliae meridionalibus cruciante complectitur, et art. XIV. vitae descriptioni FERNELII seruit.

2) *Epistolam Cl.* AVBERTI *de inuersione* p. 408.
omnium viscerum in pectore et infimo ventre.

3) *Meditationes Cl.* PARIS *de balneis Turcarum.* p. 432.
Balneorum frigidorum vtilitas commendatur, non neque calidorum, quippe quae relaxant cutem, corpus ad sudandum cogunt, et imbecillitatem inducunt, quid quod femellis delicatulis admodum infesta censenda sunt balnea calida, quoniam accedente potissimum vita sedentaria vaporibus hysterieis et suppressionibus ac obstructionibus mensium inducendis apta sunt cet.

Mensis Iunius.

1) *Obseruatio de sanguinis profusionibus puer-* p. 483.
perarum Auctore Cl. ROUX. Tribus articulis omnia sunt comprehensa. Primo succincta descriptio vteri et placentae continetur, vsus eius et mutationes, quibus tempore grauiditatis obnoxius est, describuntur, symptomata simul indicantur et mechanismus artis obstetriciae ad hoc argumentum applicatae ostenditur, differentiae causarum examinantur, quae vterum vasaque vterina afficiunt, et vel haemorrhagias producunt, vel eas promouent, etc. Secundo praecautiones in praeueniendis sanguinis profusionibus, in aptis remediis eligen-

eligendis, quibus liberantur parturientes ab iis, p
primis si placenta adhaereat vtero, in meth
repositionis vteri, in mediis vteri ruptura
cendi, et aptis praesidiis syncopas per dim
nem, aut per suffocationes, ortas sanandi
praescribit, simulque examinat praesidia apud a
auctores celebrata. Tertio practicos casus, qu
virtus remediorum firmatur, commemorat.

p. 500. 2) Cl. A. I. MONTFILS *descriptio morbi f
quentis ac noti in Burgundia, cui nomen est* puce
ligne. Omnes gradus vitii pestilentialis admi
hicce morbus ratione symptomatum accur
anthraci respondet, et prognosis ex qualitate pu
larum facienda est, quippe, quum rubrae eleva
que sunt, spem sanitatis faciunt, et tandem
ratione sanandi suam explicat methodum.

p. 514. 3) *Cl.* BOUTEILLE *diss. II. de inoculatione a*
DARLVC *missa.* Commendata fusius inoculatio
varias recenset eiusdem methodos, inter quas tam
illi, quae fit per insertionem puris, prae altera p
transpirationem, principem assignat locum.

p. 541. 4) Cl. ROUELLE *analysis aquarum minera
Leucensium in tractu Vallensi.* Primo cum ra
rebus has aquas eo consilio miscuit, vt de earu
qualitate aeque ac virtute verum ac aequum
cium ipsi sit, deinde suas obseruationes de vsu
diuerso, ratione variarum compositionum in ana
facta, addidit.

Tom. XLVI. p. 3. *Mensis Iulius:*

1) IOS. FRANC. CARRERE *bibliotheca hist
ria, historica et critica de medicina veteri et recentiori
Tom. I.* Talem vtique librum desiderauimus,
quamquam CLERICVS, FREINDIVS, MANGET
SPACHIVS, VAN DER LINDEN, aliique historiam
dicinae diligenter et accurate satis illustrarunt, tam
eorum

orum opera non omnibus numeris abſoluta eſſe quibet facebitur vltro: nihilo tamen ſecius et hunc librum ſuis laborare naeuis quilibet intelliget, ſi paulo accuratius inquirat in aliquos articulos, quorum elaboratio in Bibliothecis Hallerianis maiori ſtudio facta conſpicitur.

His tamen non obſtantibus Cl. Auctori hoc maximae laudi eſt, quod fontes aperuerit, e quibus lectores haurire queant. Res enim prorſus egregiae hoc libro continentur, nam hiſtoria medicinae omnium ſeculorum vſque ad noſtra tempora, doctorum virorum ſtudia in arte ſalutari, anatomicorum, chirurgorum, botaniſtarum, chymiſtarum merita, honores et dignitates, quibus ornati et monumenta, quae illis ſunt erecta, catalogi diuerſarumque editiones operum, ſententiarum expoſitiones, origo medicinae, progreſſus, mutationes et ſectae ordine alphabetico ibi recenſentur, vt amicis elegantiorum literarum non ſolum, ſed etiam medicis, qui literarum ſtudiis animum recreare ſtudent, gratus acceptuſque hic liber eſſe debeat.

1) *Commentatio Cl.* PLANCHON *de pleuropneumonia eryſipelatoſa maligna graſſante menſibus Aprili et Maio in Eplechis tractus Turnacorum.* In huius morbi naturam atque indolem Noſter inquirens, ſymptomata omnia ſuppeditauit, morbique cognitione meliore ex anatomica ſectione corporis ſibi comparata, viam indicauit, qua cito, tuto et iucunde curandi ſint aegri. p. 24.

3) Cl. SUE *Iun. lectio habita in Academia Regia Chirurgorum, d.* 14. *Septbr.* 1774. *de aneuryſmate arteriae cruralis.* Definitione et diuiſione aneuryſmatum praemiſſa, progreditur Auctor Noſter ad cauſas, ſymptomata, ſigna, et ſanandi rationem. Paulo infra p. 160. ex his omnibus colligit Noſter, p. 44.

Noſter, vtiliter quidem operationem arteriae p… inſtitui, auctoritate HEISTERI *) nitens, inter… tamen vtique eſſe praeferendam operationi li… turam.

p. 65. 4) Cl. ROUELLE *obſeruationes chymicae de … lyſi animali.* Experimenta primus inſtituit c… ſanguine humano, vt partes eius conſtituentes e… periretur, deinde ſanguinem quadrupedum ſub e… amen vocauit, inprimis boum, equorum, vi… lorum, veruecum, porcorum, aſinorum, et capr… rum. Ex his diuerſarum ſanguinis ſpecierum … tiones computauit et in tabula propoſuit, adiec… ſimul ſuis animaduerſionibus. Tandem egit … ſale fuſibili in baſi alcali volatilis, vbi primo de pr… paratione, dein de purificatione et tandem … phaenomenis, quae ſal fuſibilis producit, re… ba fecit.

Menſis Auguſtus:

p. 99. 1) *Cl.* AVBRI *oraculum* HIPPOCRATIS. Pr… fixa diſſertatione praeliminari hiſtoriae medicin… ex CLERICO, FREINDIO et SCHVLZIO, ipſum op… tribus ſectionibus abſoluitur, quarum prior hiſ… rias aegrorum demortuorum commemorat, ſy… ptomata in morbi decurſu, omneſque ſententi… quae huc ex aphoriſmis, libris prognoſticor… prorrheticorum et coacis praenotionibus ſpec… diligenter inſeruit: poſterior hiſtorias priſtin… valetudinem recuperantium continet, vbi de q… buſdam ſymptomatibus diſſeritur, ex quibus … mata fiunt, quae in libris HIPPOCRATIS ſupra … datis exſtant, nec non euentum proſperum aegr… tis praedicere iubent. Tertia ſectio omnium … guorum

*) v. de arteriae cruralis vulnere periculoſiſſimo feli… ter ſanato. De aliis aneuryſmatibus, v. ſupra p. 287. et 292.

orum in duabus praecedentibus ſectionibus enu-
eratorum repetitionem ſiſtit, atque applicationem
orum ſignorum ad morbos in vniuerſum et quae-
ſymptomata peculiariter. Veritas huius rei
mprobatur exemplis ex primo tertioque epide-
orum libro.

2) Cl. MORIN *obſeruatio ſuper empyemate.* p. 138.
uidam ex gonorrhoea reſtitutus iterum hoc malo
ectus, ex regulis quidem artis ſalutaris tractatus,
hilo tamen ſecius in febrem incidit inflammato-
m cum colicis torminibus et doloribus pectoris
ſſime coniunctam, quae ita violenta facta, vt
s ſanitatis prorſus nulla eſſet, accedente nimi-
m illo ſymptomate, de quo docte ſcribit HIPPO-
ATES, *in febre ardente, ſi aluus eruperit, mortale*
. Sudores praecipue indicabant empyematis
aſcentiam ſecundum illud: *Qui crebro tenuiter*
ſudant, ac ſubinde rigent, pernicioſum, ac ſub finem
pyema habere deprehenduntur, aluosque perturba-
. Euentus rem ipſam ſic ſe habere declarauit,
quidem aeger empyemate obiit, quod ex anato-
ica inſpectione, vbi dextrum pectoris latus hu-
re ichoroſo repletum conſpiceretur, apparuit.
bſeruationi adiectae ſunt animaduerſiones patho-
gicae et therapeuticae.

3) Cl. BARBVT *obſeruatio de abſceſſu cerebri* p. 178.
ſi interno et externo verbenae (de la verveine) *curato.*
erbena *) in mortario contuſa et capiti applicata,
decoctum verbenae interne ſumtum, non ſolum
ceſſiue, aliis remediis antea incaſſum adhibitis,
ſigauit dolores, ſed etiam effecit, vt diebus pau-
s interiectis pus eiiceretur, quo facto aeger recu-
rauit valetudinem.

Menſis

*) v. comm. noſtr. Vol. XII. p. 141.

Menſis Septembris:

p. 196. 1) Cl. FABRE *diſquiſitiones de natura ſani et aegroti.* Omnes functiones ex phyſicis principiis diligenter deſcribuntur, et ſentiis recentiorum et HALLERI potiſſimum pſitis, de ſede morborum, de ſenſibilitate, cauſmulante ac irritante agitur, et ſumma medicatorum enumeratur.

p. 216. 2) Cl. AZILLE *obſeruationes de morbis Nigrorum, eorum cauſis, ſanandi ratione, et remediis, bus arceantur.* Quatuordecim capitibus omnem cplexus eſt Cl. Auctor tractationem, praemiſſa inductione et breui explicatione aquarum mineraliQuatuor cauſis principibus omnium morborum buit geneſin, nimirum inſufficienti nutritioni, menſis laboribus, veſtimentorum defectui, et vgeneri liberiori, accedit his commoratio propedes, quarum exhalationes ſanitati ac vitae humquam maxime noxiae ſunt. Vnde frequentes febres putridae cum tetano, diarrhoea, dyſeria: hos non ſolum deſcribit Noſter morbos, etiam ſuadet, qua ratione ipſis medendum ſit.

3) Cl. OLIVAUD *obſeruationes de ſymptp. 242. tibus per cantharidas productis.* Duobus vero exemplis docet Noſter cantharides producere poſſflammationem et gangraenam veſicae.

4) Cl. DV BOUEIX *reſponſio ad quaeſtionem* p. 256. REBIERE *propoſitam, variolarum inſitionem cnens.* Eo potiſſimum redit illa quaeſtio, qua rcertos nos reddere queamus, ſi inſitionem nocquuta ſit febris eruptionis, variolas naturales eſſe prouenturas.

p. 266. 5) Cl. BOUSQUET *animaduerſiones ſuper* A. DVFOT *catechiſmo artis obſtetriciae.* Reprdit et laudat hunc libellum Noſter, ratione primi

ndi capitis, quibus agitur de neruis, venis, mu-
is, partibus genitalibus etc. et de foecunditate,
nditate et earum signis, monetque, ea omnia fe-
lis obstetricantibus non esse necessaria; Ter-
i autem caput de exploratione vteri et foetu
t.

Mensis Octobris:

1) *Tractatus de variolis congestus e commen-* p. 301.
it. VAN SWIETEN *in* BOERHAAVII *aphorismos*
methodo curandi DE HAEN. Repetuntur, quae
is doctissimis viris prodita sunt, breuiter et con-
a Cl. DVHAVME auctore huius tractatus, vni-
que doctrina de variolis viginti sex capitibus
luitur.

2) Cl. DES ESSARTS *commentatio de vtilitate* p. 327.
rum ratione eorum, qui difficulter reconualescunt.
mnibus morbis acutis, si aegri eos vicerint,
ones laxantes et reiteratae quidem perfecte sa-
reddunt, sed haec sanitas non diu durat.
m per nutritionem neque recuperant pristinas
es, neque digestionis rite procedit negotium, vn-
ales homines macilenti esse solent, quae maci-
ia, quum ex siccitate et tensione fibrarum et in
uersum intestinorum, quae chyli transitum ad
as lacteas cohibent, oriatur, et quum bilis, suc-
pancreaticus et intestinalis diminuti sint, eua-
tionibus repetitis acres et crassi redditi, et inde
itas cutis habitualis, quae a transpiratione sup-
essa pendeat, sequatur; recte vsu balneorum
ofligatur, quorum praestantiam pluribus exem-
declarat.

3) Cl. COSME *defensio lithotomi latentis.* Huic p. 334
fensioni ansam praebuit BEAUSSIER DE LA
OVCHARDIERE aggressio, qui lithotomo la-
nte et correcto a Cl. CAQVE absque omni vti-

litate vſus fuerat, et propterea errores impo-
rat omnibus, qui hoc inſtrumentum adhib-

p. 348. 4) Cl. BESCHER *noua ratio exſtirpandi* *pum naſi.* Experimentum inſtituit Noſter in u viginti duo annorum, cui polypus in dextra parte cum tumore in interioribus faucium era prehenſo igitur hoc tumore filo duodecies co cato ceratoque et digiti ope indito in os, ita, v tremitates dependerent, extraxit polypum, inſequuta eſt haemorrhagia, cui aptis obuiam remediis.

p. 353. 5) Cl. CADET *analyſis aquarum mine* *fontis* S. MARTINI *prope Guiſam in Picardia.* petitis experimentis intellexit Noſter, has aqu tute adſtringendi et ſiccandi gaudere, quare commendat in phagedaenicis vlceribus, diſſo bus, contuſionibus, haemorrhoidibus, ocul morbis; ſed et in morbis pectoris, colicis, ſt chi imbecillitate, febribus, quae comitantur m chronicos ac lentos, febribus intermittenti veteratis, multum praeſidii eas afferre, quid et ſterilitati femellarum mederi ſtatuit.

p. 363. 6) Cl. BOUCHERT *obſeruationes de apo* *quatenus climati Lillenſi in Flandria propria ſ* talogo morborum diuerſis climatibus propri praemiſſo, propter humiditatem aëris apople frequentem in tractu Lillenſi eſſe aſſerit, qua inde deſcribit, addita differentia a lethargo, caro, catophora cet.

Menſis Nouembris:

p. 435. 1) *Obſeruatio Cl.* SASSARD *de vulnerata* Hiſtoria ipſa non ſolum narratur exacte, ſed exemplis a Cl. SAVIARD et MORGAGNIO co moratis illuſtratur.

2) Cl. H. A. DE CHAIGNEBRVN *de remedio in* p. 438.
um haemorrhagia ſiſtenda apto. Quum in me-
calibus Galliae tractibus ſpontaneae naſi hae-
rhagiae admodum ſolennes, et omnem modum
edentes ſint, ita, vt animi deliquia ſequantur:
plici quodam remedio Cl. Auctor illis obuiam
. Ligaturam videlicet cum craſſo filo efficit,
us longitudo ſufficere videtur, et cui carpia co-
atque magnitudinis iuſtae adiicitur, humecta-
cum aceto et puluere terrae ſigillatae, boli arme-
et vitrioli; ſi nimirum alia adſtringentia non
im in promtu ſint; haec carpia interioribus
ti vſque ad iuguli primordia applicatur, et ope
extrahi aliudque ſubſtitui ſex horis poſt com-
de poteſt.

3) Cl. BERTHOLET *obſeruationes de aëre.* In- p. 441.
tis multis experimentis cum aëre per tartarum,
um foliatam tartari, ſpiritum ſaturni, etc. etiam
regno minerali multa corpora aëre fixo repleta
aſſerit, vti et in materiis animalibus. Nec non
ſeruationes ſequuntur de decompoſitione et re-
poſitione ſaponis, atque de decompoſitione ſa-
ammoniaci.

Menſis Decembris:

1) Cl. PAULET *diſquiſitiones hiſtoricae et phy-* p. 483.
e de morbis pecudum vna cum remediis. Tribus
um opus abſoluitur partibus, quarum prior ex-
cationem morborum difficiliorum, qui pro diuer-
te temporum fuere obſeruati, ſiſtit; in qua tres
it epochas. Prima deſcribit morbos temporibus
tarum et hiſtoricorum, quorum ex ſcriptis multa
pleniorem variorum morborum notitiam eruun-
. Secunda epocha incipit a CECILIO SEVERO,
ſimul in ſumma COLVMELLAE et VEGETII de
e veterinaria libri recenſentur. Mirati ſumus

Cl. Auctorem non mentionem iniecisse libr
Hippiatricorum iam ante VEGETIVM consc
rum, quibus multa huc pertinentia egregie re
sentur. Tertia denique omnes comprehendit
borum historias literis consignatas. In sec
parte indicantur loca, in quibus ars veterinaria
ginem cepit, quae causae in vniuersum eam p
duxerunt, aut renouarunt, aut vsum perpetuum
curarunt. Tertia pars omnes morbos in cl
suas distinctos proponit. Experientia potiss
in subsidium vocata, remedia laudantur, quae
magna vtilitate fuere adhibita.

2) *Epistola* Cl. POTEL *de cura morborum*
nereorum ad Auctores diarii Gazette de Santé
Potissimum vsum mercurii Noster impugnat,
quatuor obseruationibus rite institutis suae sen
tiae veritatem conciliare studet.

p. 505. 3) Cl. C. HAVE' *obseruatio de enteroc*
omphalocele penitus sanata. Totius morbi d
sum Noster describit, atque operatione felici
aegra instituta reunitionem intestinorum cur

p. 521. 4) Cl. BERTHOLET *) *obseruationum d*
continuatio. Instituit Noster examen cum ae
troso commixto cum aqua et aëre communi, c
ditur obseruatio Cl. PRIESTLEY de ferri solu
in acido nitroso.

---

*) v. supra.

II.

ortus Romanus; ſecundum ſyſtema I. P. TOURNEFORTII, a NIC. MARATTI Aquilano, Medico Doctore, Linneanis characteribus expoſitus, adiectis ſingularum plantarum analyſi ac viribus. Species ſuppeditabat ac deſcribebat LIBERATVS SABBATI Mevanias, eiusdem horti cuſtos et chirurgiae Profeſſor. Accedunt tabulae C. propriis plantarum coloribus expreſſae. Tomus. II. Romae 1774. fol. Tom. III. ibid. 1775. ead. forma.

rogredimur iam lubentiſſime, ad recenſendos duos tomos libri huius, cuius priorem partem, hoc ipſo noſtrorum commentariorum volumine 337. diiudicauimus. Laetamur profecto, quod res querelarum a nobis tunc motarum, a Cl. MARATTI, cui iam haec plantarum delineatio, et deſcriptio, eſt commiſſa, ſint emendatae. Vſus enim Cl. Editor Linneanis laboribus ſedulo, atque Tournefortianam methodum, ſaepius, quod tamen a reliquis omnibus valet, mancam atque imperfectam, ſuis emendare ſtuduit monitis. Probant ſingulae Cl. Auctoris illuſtrationes Ipſum inter confirmatorum botanicorum numerum merito eſſe referendum, neminemque tali rei ſuſcipiendae eſſe aptiorem. In praefamine recenſet breuiter ea de hoc opere merita, quae non ſine animi voluptate partim ob verborum concinnitatem, partim ob rerum praeſtantiam legimus. Non enim ex vana verborum coaceruatione eſt conſtata, ſed quandam ſuarum obſeruationum in

plantis factarum continet syllogen; litem TOURNEFORTII atque LINNEI assecla componit; atque vtilitatis, si descriptionibus tarum virium ipsarum additur recensio, hibet demonstrationem. Ne in his longiores damus, de singulis postea fusius dicemus.

Vol. II. Reperiuntur in hoc volumine plantae *secundae*, cuius initium iam in antecedenti mine factum esse, olim monuimus, et *tertiae* quae, vt neminem botanicorum fugiet, plantas *monopetalo anomalo* complectitur. Emendant ro Tournefortianum systema partim eo, quod nera nuper descripta, loco apto inseruerit, quod ea, quae ab TOURNEFORTIO ipso minus erant collocata, in meliorem locum repo-

p. 18. Huc *Echium* pertinet, quod a TOURNEFORTIO *fundibuliformes* erat relatum, quod vero ad *campanulatas, quarum pistillum abit in quatuor* pertinet; hunc anomalarum ordinem Cl.

p. 15. primum constituit. *Dracunculi Ari* et *Arisari* quae sectionem primam, classis tertiae dentur, ad illam tamen bibliopolarum reduxit, ne nimirum huius voluminis trahere tio. Haec tria genera in vnum quoque

p. 3. *Coronopi* porro ac *Psyllii* genera cum coniungenda esse merito docuit; *Valerianellae* sum *Valerianae dioicae* pertinent, ad *Valerianas tarias* tandem ad *Verbasca* referendas esse

p. 1. *Primulas* quatuordecim recensuit, quod pro speciebus male habitae, efficiunt. *Lycopersici* fructibus compresso rotundis, qui ex striis bus conuexis sunt conflati, quod hic descriptum nimus, varietas nobis esse videtur *Lycopersici*

...nda glabra apice puncto notata; adeoque ad ...ni pertinere nobis videtur genus. *Poterio* et p. 14.
...guiſorbae, ſecundum Noſtri mentem, eſt corolla ...opetala, nec, vt LINNEVS putabat, polypetala. ...rmacoces flos deſcribitur campanulatus.

Plantae rariores in hoc tomo pictae, ſunt; ...ntago maritima tab. 7. cuius foliorum baſis non ...nicur lanata; *Plantago ſerraria* tab. 9. *Crucianel-...maritima* tab. 13. *Aſperugo Aegyptiaca* tab. 25. ...ſa orientalis tab. 27. *Symphytum tuberoſum* ...1. forte *Symph. officinalis varietas; Onoſma ori-...lis* t. 32. huius radix rubro colore picta conſpi-...r; *Plumbago Europaea* t. 39. *Lyſimachia ephe-...rum* t. 43. *Pentapetes phoenicea* t. 55. *Menian-...nymphoides* tab. 67. *Poterium hybridum* tab. 72. ...*ranunculus, proboſcideum*, et *ariſarum* tab. 76 ...*Ariſtolochia rotunda* t. 80. *Bignonia capreo-...?* t. 85. *Scrophularia canina* t. 90. *Ruelliae ...ulata* et *ſtrepens* t. 92 – 93.

Nobis vero non prorſus ſatisfaciunt, figurae ...tarum, quas iam proponere volumus. *Plan-...o pſyllium* tab. 10. dentes enim foliorum ſunt ...glecti; *Valeriana rubra* tab. 17. colore pallidiori ...am natura oſtendit picta; *Valeriana locuſta* t. 18. ...partim florem diandrum a latere pictum, par-...neglectam ſeminum formam, a qua varietas ...inguitur, reprehendimus; *Lycopſis veſicaria* ...35. ipſius enim caulis non erectus, ſed pro-...tus reperitur; *Cynogloſſum apenninum* tab. 37. ...mina huius corolla maiora ſunt depicta, LIN-...o vero ſunt corollae aequalia; *Veronica latifo-...* tab. 48. cuius pulchritudo pictoris incuria ...minuo videtur ſublata; *Solanum pſeudocapſicum* ...59. floribus pictum ſimplicibus nec in vm-...llam congeſtis; *Phyſalis Alkekengi* tab. 63. huius

enim folia ferrata ſunt, nos vero integerrima
p. 12. per vidimus; *Phyſalis* t. 64. *pubeſcens* LINNEI
ab Auctore Cl. *Solanum veſicarium indicum*
fuit dictum; *Adoxa Moſchatellina* t. 69. mag
dine ſuperat plantam naturalem, corollisque
natura recedit; *Arum maculatum* t. 74. duplo
quam apud nos; *Ariſtolochia clematitis* t. 81.
ab Auctore nominatur, *Ariſtolochia longa vera*
enim *Ariſtolochiae longae* eſt ſynonymon; flo
Lobeliae cardinalis t. 83. color plantae virent
reſpondet; *Spermacoces verticillatae* t. 99. ſta
exſtare deberent.

Pauca de viribus plantarum notamus,
niam plura eorum, quae de his dicta ſunt, iam
leguntur. *Androſace* inter diureticas refertu
dagriciſque commendatur; *Trachelii* radix a
git atque exſiccat vlcera oris; *Plumbogini*
oleo tincta Pariſiis contra glandulas exulceratas
vſu adhibentur; *Anagallidi* praemittitur emet
hocque ipſum efficacius contra maniam Noſtr
detur, quam herbae ipſius vſus; *Solani Melo*
fructus comeditur a Gallis atque Hiſpanis;
anthis nymphoidis herba reſoluit, vrinamque
ſemina vero expectorant.

Vol. III. Tranſimus iam ad tertii voluminis fun
ad quod characteres plantarum adpoſuit NICOL
MARTELLI *Aquilanus medicinae Doctor.* In
huic tomo plantae claſſem III terminantes,
ſingula claſſis quartae indiuidua. In hac claſſe
p. 10. *tas flore monopetalo labiato*, recenſeri, conſtat
didit vero, Cl. Auctor, claſſi IV. ſectionem tr
quae *plantas flore monopetalo vix labiato corolla*
aequali adeoque *Lycopum*, *Verbenas* varias, *Mo*
ſpecies, *Lantanam* atque *Browalliam* complec
Menthae deſcriptionem duabus in ſectionibus tr

in ea nimirum, quam modo nominauimus, atque loco, quem TOURNEFORTIVS ipſi adſcripſerat, in ſectione tertia, cui *plantae flore labiato labio superiore fornicato* inſunt, propterea quod quaedam ſpecies ad hunc, aliae ad illum ordinem pertinerent. Neque deſunt genera, quae a TOURNEFORTIO ſeiuncta, Auctori Cl. coniungenda videntur; huc *Dracocephalum* atque *Moldauica*, *Leonurus* et *Cardiaca*, *Calamintha* atque *Meliſſa*, *Serpyllum* et *Thymus*, *Chamaedrys* atque *Polium* pertinent. *Marrubii* ſpecies in alia plura genera diſtribuendas videntur. Haec ad LINNEI mentem facta generum coniunctio nobis magnopere placet.

Verbenas meliori iure didynamiis annumerari putauit, quoniam plurimae ſpecies floribus gaudent tetrandris. Omnibus *Monardae* ſpeciebus ſtamina quatuor, quorum duo ſint caſtrata, tribuere videntur.

Ad plantas minus frequentes, quae huic voluminiinſunt, pertinent. *Antirrhinum aſarine* t. 3. caulibus repentibus foliiſque faſciculatis reniformibus deſcriptione LINNEI differens; *Pedicularis purpurea annua minima* tab. 7., quae LINNEO eſſe videtur incognita. *Acanthus mollis* et *ſpinoſus* t. 13. 14. *Dracocephalum Virginianum* et *Canarienſe* t. 26. 27. *Scutellaria albida* et *lateriflora* t. 29. 30. *Brunella Americana maxima flore maiore* t. 33. quae ad *Salviam* pertinere videtur; *Moluccella laeuis* et *ſpinoſa* t. 45. 46. *Sideritis perfoliata* et *Romana* t. 57. 58. *Satureja thymbra* t. 71. haec floribus axillaribus ſimplicibus picta eſt, tribuuntur vero ipſi vulgo, floribus verticillati. *Nepeta tuberoſa* t. 82. *Monarda punctata* t. 86. 87. *Teucrium campanulatum, fruticans* et *iua* vel *pſeudochamaepithys?* t. 95. 96. 98. *Ajuga orientalis* t. 100.

Iam pauca de iis, quae nobis non omnino
cent. *Antirrhini purpurei* tab. 5. folia non
accurate quaterna, flos iusto pallidior. *Salvia*
narienſis tab. 25. huius enim lanugo, ab iis
qui plantam saepius viderunt, cognoscetur, adeo
di arte est delineata; *Marrubii pseudodictamni*
47. limbus calycis iusto breuior est. *Marrubium*
vulgare t. 51. 52. (quod est *Stachys aruensis* LINN.
nobis potius *Alysson verticillatum floribus pro*
incisis BAUH. pin. 232. seu *Marrubium Alyssoides*
esse videtur. Hoc enim non solum charac
generici, quantum ipsos ex icone potuimus cog
scere, verum quoque vniuersa plantae facies,
sum caules magis erecti, folia apice profundi
cisa pertinent, nobis indicare videntur. *Ma*
bii vulgaris t. 59. color a naturali habitu m
recedit. *Melissa calamintha* t. 63. et *Saturej*
tensis t. 70. pedunculi nimirum harum plant
ramosi, a pictoribus male mutati sunt in simpl
Lauandulam dentatam t. 74. nemo cognosceret,
subscriptum esset plantae nomen, folia enim
tata, quae huic speciei sunt propria, a minus
atque solerti artifice in integra mutata cern
Origani Dictamni tab. 76. folia iusto albidiora
cteae vero in natura sunt venis rubris distin
Ocymum minimum t. 85. adeo negligenter est p
vt alia planta vix vlla; color enim non solum
penetrauit quam debuisset, verum quoque
colore non coeruleſcente mox ex albo nigr
sunt picti. *Teucrium chamaedrys* t. 88. annon
tius *Teucrii ſcordii* varietas foliis latioribus?

Ex virium recensione commemoramus,
gratum sitim febrilem demulcens, quod ex
paratur; dein *Hormini* semina in ophthalmia
hiberi et inter aphrodisiaca referri, flores vero

herbae cum floribus *Sambuci* mixtos, mutare vi-
Rhenanum in Moſchatellinum; *Sclaream* cum
storeo fere conuenire; et *Leonurum cardiacam*
liter in equorum peſte exhiberi.

III.

ſſ. de puluere antherarum Praeſide M.
CHRISTIANO FRIDERICO LUDWIG. Reſpon-
dente *Petro Gniditſch*. Lipſ. 1778. 4. pag. 34.

Commemoratis, qui de puluere antherarum ſcri-
plere Auctoribus, contendit Cl. LUDWIG in p. 4.
herbarum flore reperiri pollinem, neque cry-
gamicos procul dubio eo deſtitui. Mox membra-
et interiorem puluueris antherarum compagem p. 8.
inueſtigandam ſumit, pedunculos a BONNETO
feenſos negat, quemadmodum quoque tres mem-
anas illas, e quibus KOELREUTERUS pollinis glo-
lum compoſuit, modo vnam in *Paſſiflora* et aliis
ntis, modo duas in *Tulipa* obſeruans atque et-
animaduertit globuli figuram et magnitudinem
ffere pro maturitatis ipſius gradu. Figuram
obulorum in genere mox ſimilem, mox diſſimi-
m, genera propinqua et remotiſſima ſaepe figura
nuenire, et ſpecierum globulos ſemper eiuſdem
ſſe figurae inuenit.

De pollinis copia nihil certi determinare licet,
quamuis numeri antherarum ad piſtilla et ſemina p. 14.
rationem habueris. Color globulorum farinae foe-
cundantis variat plerumque in generibus, in ſpe- p. 16.
ciebus vero non, atque pro diuerſa maturitate quo-
que diuerſus eſt. Poſtea halitus ſeminalis ſecretio-
nem conſiderat atque demonſtrat ab humoribus, p. 27.
vaſorum flexuris atque angulis, cauitatibus, in quas

depona-

deponatur ſecretus liquor, particulis attrahen
vario ſuccorum impetu, aëris viciſſitudinibus
ratione, plantarum aetate et reſorptione
diuerſis plantis pendere ſecretionem.

p. 23. Analyſis chemica: deſtillationes nimirum
cocta atque infuſa parata Cl. Auctorem docu
pulueri antherarum immixtas eſſe particulas
et terreas, gummoſas, reſinoſas atque principium
rituoſum aliquod, quod halitum foecundantem
tinere Ipſi viſum eſt, cum reſina pollen a plu
fendat atque gummi eiuſdem ſolutionem in
p. 25. liquore adminiſtret. Quibus quaedam de
rarum exploſione, et globulorum excretione
guntur, adductis vltimo loco multis argum
quae vſum pulueris antherarum in generatione
firmant atque demonſtrant.

IV.

Materia medica e regno vegetabili ſiſtens
plicia officinalia pariter atque culinaria.
cundum ſyſtema ſexuale ex autopſia et
perientia fideliter digeſſit. PETRVS
BERGIVS M. D. Hiſt. Nat. et Pharm.
feſſor Stockholm. R. Coll. Med. A
Acad. et Societat. Scient. Imper. Petro
Imp. N. Cur. R. Londin. Stockholm.
Philadelph. Haarlem. Nidros. Helvet.
Roterod. Zeeland. Berolin. Nat. Cur.
Lund. Membrum vt et Monſpel.
Tom. I. Stockholm. typis Petri
1778. 8. maj. pagg. 448. praeter
tionem et praefationem.

botanicis in rebus inſtitit Ill. BERGIVS LINNAEI
vestigiis ad virtutes ſimplicium medicaminum
ſtituendas et confirmandas, quas ex crebris docto-
um practicorum obſeruationibus, quibus diligen-
et crebro hic vſus eſt Noſter, neceſſario caute-
repeti oportet, addiditque praeterea non inuti-
alimentaria et culinaria. Item curauit Noſter,
ne quid praeter veritatem inſereretur. Eapropter
rborum nomina parcius commemorauit et ma-
ſpatium vacuum relinquere, quam quid ex-
rientia deſtitutum tradere. Quod ſi vero de
cinalium efficacia memorabilia, ſparſim huc il-
ve ab Auctoribus memoriae relicta, quis geſtiat
e, lubenter excitat eum Noſter ad IO. ANDR.
RAAY apparatum medicamentorum *) legen-
m, qui diligenter et curioſe in huius rei verſatus
occupatione. Linnaeano itaque praemiſſo
mine aliisque additis denominationibus ex aliis
ctoribus et iconibus laudatis, nomen pharma-
icum et, ſi ad alimenta pertinet, culinare, locum,
mam, proprietates, virtutem, vſum conſiderat et
ſeruationibus experientiaque virtutem confirmat
Auctor partim ſua, partim aliorum doctorum
orum. Id quod, ſi excipias botanicas deſcriptio-
fortaſſe nimis amplas, quo modo breuiter docte
perquam vtiliter praeſtiterit celeberrimus BER-
VS, quodam exemplo monſtremus.

Coſtus Arabicus LINN. Sp. pl. 2. Mat. med. 4. p. 7.
RIAN Surin. p. 36. t. 36.

Tſiana-kua RHEED. Malab. II. p. 15. t. 8.

Coſtus amarus et dulcis BLACKWELLAE Herb.
394.

Pharm. coſti radix.

Locus India vtraque, Malabaria, Surinamum.

Perennis.

Forma

*) v. ſupra. p. 260.

Forma ſicca. Radix ſubcylindrica, cinere
ſitie pollicis vel vltra, duriuſcula, parenchym
nereo pallidiore.

Proprietas: Odor gratus, ſubuiolaceus.
ſiccati amaricans, leuiter aromaticus; *ra*
dulcis.

Virtus: ſtomachica.

Vſus.

Obſ. 1. Coſtus officinarum dulcis et
ex eadem planta deſumuntur et nonniſi aeta
ferunt, quo vetuſtior, eo magis amaricans.
plurimis pharmacopoliis cortex Winteranus
ram pro hocce ſubſtituitur.

Obſ. 2. Ex hac radice ſumta vrinam
violaceo infici plurimi ſtatuunt.

Hoc exemplo praemiſſo, de ſingulis quibu
p. 8. videamus. *Salicorniae* herba virens et condi
p. 24. linaria. Incepit Noſter herbam *Gratiolae* in
medicam referre, quippe quae purgantem
ticam vim non amittit ſiccatione. Puluis
tiolae ſcrupulo dimidio et quinque granis
nae in febribus bilioſis repullulantibus
quartanis autumnalibus quouis bihorio
p. 39. Ac omnino non negligenda eſt tam efficax
Confectis globulis e radice *Iridis Florentinae*
fonticulos apertos ſeruandos vtuntur Turcae.
quoque iis eodem conſilio non nuper vſi ſumus
praeferimus illos reliquis ideo potiſſimum
hic ſolemnibus, quoniam odore grato
p. 45. fonticulorum quodammodo corrigunt.) Acidi
chari eſſentialis vſus eſt inſignis ad explora
aquam quamcunque; nam ſi tantilla portio
ſalis in aqua ſoluitur, haec mox opaca redd
ſi calx ipſi ineſt et poſtea praecipitatur.

Rubia

Rubiae Tinctorum vis in morbis ossium desti- p. 64.
ta est experimentis indubitatis. *Plantaginis lati-* p. 70.
ae radix vtilis est in tertianis vernalibus, minime
autumnalibus. Radicis *Contrayeruae* virtus est p. 73.
exiteria, sudorifera et vsus in febre lenta neruosa.
fusum *Trifolii aquatici* laudat Noster in arthritide, p. 92.
bribus autumnalibus et asthmate. In *Spigeliam* *) p. 95.
dit vis contra lumbricos et conuulsiones. Exper-
s est Noster eius vim soporosam, nunquam autem
rgantem virtutem. Radicis *Turpethi* vnciae octo p. 98.
m spiritu vini extractae exhibent resinae circi-
drachmas quinque, quae eodem modo parique
h purgant ac resina Ialappae. C. F. PAULINI liber p. 101.
gularis de Ialapa Francof. ad Moen. 1700. a No-
ro non laudatur. *Ialappae* genus dubium est **).
dix Mirabilis dichotomae satis bene purgat, quem-
dmodum etiam simillima est Ialappae verae. *Ipeca-* p. 102.
uanae radix in diarrhoea infantum conuenit, in hae-
morrhagia vteri tanquam specificum a Nostro lauda-
r, quippe qui inueteratas paruis dosibus sanauit in
eneruatis feminis. Veruntamen idem de aliis
o valet haemorrhagiis. In haemoptysi enim mi-
m cruento cet. frustra Noster eam praescripsit.
quartanis autumnalibus expedit corticem Peru- p. 108.
anum acuere calidis atque amaris, praecipue ra-
ice Serpentariae Virginianae, Gentianae, Zingibe-
i, Alcalinis, quod maxime vrget Noster, siquidem
lus saepe fallit cortex.

Extracti *Daturae* dosis non est augenda, quan- p. 122.
o pupilla oculi dilatatur. Si setaceum nuchae
ngitur vsui daturae in mania; citius curatur mor-
us. Delirium post puerperium saepe Noster sa-
auit cum datura, vbi alia fefellerunt. Folia ri- p. 157.
bium

*) v. comm. nostr. Vol. XX. p. 288. IId. decad. Suppl. p. 166.

**) Probabilis tamen videtur sententia, qua a *Conuolvulo Ialapa* radicem sumi statuitur.

bium nigrorum tenella, recentia, et citiſſime la
calida infuſa, mox ſiccata ſuccedanea ſunt
p. 185. Chinenſi nec paucis placent. *Ulmi*
LINN. cortex internus in morbis cutaneis
p. 195. tur *). In vero cancro *conium* ſeu *Cicuta* non
quidquam praeſtat, ſed nocet. In vlceribus
dis et ſiphylliticis, vera ſcabie, morbis cutis,
rhoea, leucorrhoea, phthiſi, impotentia virili
matiſmo chronico, ſcrophuliſque vſus eius
p. 200. Febribus intermittentibus protractis atque
p. 214. ratis ſaepe medetur *Aſa foetida* **). *Cicutae*
cae ſuccum expreſſum et inſpiſſatum, et cum
vere foliorum in pilularum formam redactum
ſter fruſtra dedit.

p. 255. Vidit Noſter plures *allio* curatos febribus
tumnalibus repullulantibus laborantes, etiam
tana. Incipiunt bulbulo vno mane et veſperi
gent quotidie bulbulos vſque ad numerum
tum et quintum qualibet vice. Febre nuno
neſcente, diminuenda eſt doſis. Serum lactis
tum in tuſſi valde fructuoſum eſt. Iuuat in
tate rheumatica lanam bombycinam ſucco
qui et herpetes externe illinitus curat, imb
illamque auri immittere, cet. Calculoſis autem
p. 268. na cum cautione ſuadenda eſt *aſparagi* radix.
vit enim Noſter feminam, aſparago veſcentem
cruento vexari et VAN SWIETEN obſeruauit
rem vſum aſparagi paroxyſmos podagricos acce
p. 269. ſe. *Lilii conuallium* flores vi laxante ſunt pra
Statuit itaque Cl. CARTHEUSER extractum Lilii
vallium eodem modo agere ac aloes. Praeſtat
ex recentibus floribus ei, quod ex ſiccis paratur.
p. 272. virtus antiputredinoſa, vulneraria, ſtomachica,
ſuccedaneum. In pertinaciſſima alui obſtipatione,
mediis plurimis fruſtra adhibitis aloe opem tulit.

*) v. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 209.
**) v. ibid. Vol. XX. p. 527.

od et nos obſeruauimus. *Sanguis draconis* vſus p. 276.
ſcelotyrbe. *Colchici autumnalis* oxymel ſquilla p. 291
ge inferius a Noſtro eſt deprehenſum.

Mezerei cortex ſ. thymeleae cortex a Cl. LE p. 301.
or *) in variis morbis laudatus a Noſtro com-
ndatur. Cortex e pluribus ſpeciebus Daphnes
ni poteſt. Noſter ſemper vſus eſt daphnes me-
ei cortice, in Suecia creſcentis, quem poſtea per-
ſhe. Cortices craſſiores magis actiui ſunt, dum
ntrario teneriores debilius operantur. *Braſſicae*
tatae folia, vti nos obſeruauimus, aliis foliis et em-
ris praeferri debent, optime cum conducant
effectum huius corticis exudatorium ſuſtentan-
, etiamſi foetore ſunt ſatis moleſta, quippe cu-
i Cl. BERGIO fit mentio. Diu adhibito hoc
ce externe, vidit Noſter eruptiones miliares
s, prurientes, brachium vel etiam totum cor-
ne capite quidem excepto, occupantes, diſcre-
vel confluentes, quandoque moleſtiſſimas. Hae
ciones proueniunt praecipue ex acrimonia cor-
per exutorium reſorpta et plerumque diſpa-
balneis tepidis, ſepoſito ſimul cortice. Sed
hac reſorptione valide agit hic cortex in hu-
es, tametſi extus applicatur. Sed ſi humores
il peccant, vidit Noſter tales eruptiones chro-
s factas, tardiſſimae ſanationis. *Coccognidii*
a ſeu *daphnes mezerei* baccarum et radicis
**) in nodis venereis, aliiſque commemora-
. *Paridis* herbae *virtus* eſt antiſpaſmodica, ſub-
ns, *vſus* in conuulſionibuss. In tuſſi conuulſiua p. 313.
ptomata hoc Paridis puluere (quauis veſpera
ſcrupu-

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 570.
**) v. ibid. Vol. XVI. p. 141. et 518. Vol. XVIII. p. 38. Vol. XVII. p. 109.

ſcrupulo vno) remiſerunt, aluo leniter ſubdu
p. 327. ſomno tranquilliore reddito. Fabae *Pichurim* v
eſt in diarrhoea, aluo laxa poſt dyſenteriam, t
minibus *).
p. 335. Optima forma *Rheum* exhibendi eſt in ſubſ
tia, praecipue ſi in fruſtulum maſticatur et deg
tur. Soluitur hoc modo in ſaliua et gingiuas, f
ces, oeſophagumque roborat. Extus denti dole
applicitum et intra buccam retentum odon
p. 355. giam ſaepe tollit. *Quaſſia* arthriticis conduci
febribus intermittentibus ſaepe fallit **). Ha
turiam rebellem matronae hac breui fuiſſe cura
p. 362. Noſter recordatur. Roborat nec calefacit. Mu
adeo obſtupefacit infuſum ligni quaſſiae, vt m
p. 371. tuas crederes; breui tamen ad ſe redeunt. *Le*
paluſtre apes allicit, ſi aluearia cum eo fricant
Saponariae radix praeſtantiſſimum diluens in pt
nis, hinc in arthritide, cura mercuriali cet. nul
aptiorem potum nouit Noſter. Experiment
cum decocto ſaponariae inſtituit, lintea lauandi
ſapone fit, quod quidem bene ſucceſſit, attamen
p. 373. lores non delet, quare nec lintea maculis puli
conſpurcata bene cum ſaponaria dealbantur.
lephii folia recentia leniter contuſa acetoque
immiſſa tum clauis applicata, reiteratis vicibus m
p. 382. tum leuaminis afferunt ſaepeque eos fugant. Plu
mi Auctores *corticem Winteranum* a *canello* a
p. 394. diſtinguunt; Noſter autem praeter hanc a
corticem Winteranum non nouit. Flores *Phil*
phi nec in officinas, nec culinas adhuc in
p. 399. ducti ſunt. Mereri videntur Noſtro attentione
Lauroceraſi foliorum, praeſertim aquae ſtill
tiae eorum ***), vis venenata ab aliis atque a
demonſtrata eſt Auctoribus. Sed doſi parca

vide

*) v. comm. noſtr. Vol. X. p. 198.
**) v. ibid. Vol. XXII. p. 551.
***) v. ibid. Vol. VI. p. 645.

detur nocere; quod confirmat quotidiana expe-
entia in culinis Gallicis, vbi folia Lauroceraſi ſa-
oris gratia cibis abſque noxa immiſcentur. Ne-
ue feris obſunt in parca doſi. Folia mitius agunt, p. 404.
uam aqua. Tradidit medicum lauroceraſi vſum
per Anonymus *). Aqua ſtillatitia *fructus ceraſo-*
rum, quae in officinis proſtat, praegnans eſt ſapore
mygdalarum amararum et cum aqua Lauroceraſi
rtute conuenit, ſi cohobata fuerit; hinc teneris
fantibus minus ſecure datur ſaepeque etiam fu-
ſtos edidit effectus. Gummi rubeſcens ſ. palli- p. 406.
um vſui medico ſeruit, tanquam aliae gummi ſpe-
ies, ſi modo purum. Gummi ex arbore *prunorum* p. 412.
illans idem praeſtat, quod Gummi Arabicum. p. 440.
Aqua amararum amygdalarum **) cohobata perin-
de venenata eſt, vt aqua Lauroceraſi. *Anſerinae* ſuc-
cum expreſſum pariter ac infuſum herbae ſiccae in
empyemate multum praeſtitiſſe vidit Noſter et cal-
culoſis expuliſſe vrinam et ſabulum. Sed per vices
mendum eſt, ne nimis pellat. *Tormentillae* p. 441.
radix eſt citius coriarium, quam cortex quercinus.
radix *gei riualis* conducit in febribus intermitten- p. 447.
tibus etiam protractis, ſaepe diarrhoeis chronicis
haemorrhagiiſque.

V.

Spécifique contre la goutte éprouvé et publié par Mr. EMERIGON, Procureur du Roi en la jurisdiction Royale et au ſiege général de L'Amirauté du Bourg St. Pierre. 1778. 8. plagg. 3.

i. e.

Specificum antipodagricum tentatum et publicatum a Cl. EMERIGON.

*) v. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 367.
**) v. ibid. Vol. XXII. p. 358.

p. 5. Huius mali atrocitatem ipſe expertus eſt, omn
que medicinam fruſtra adhibuit, donec
pit remedium a viro quodam CARAIBE, cuius
priſtinam ſanitatem recuperauit. Formula
eſt: ℞. Gum. Guajac. pulueriſati ℥ij. Taffiae M
p. 7. rae iij. Miſceantur et in lagena bene clauſa ſoli
octo dies exponantur; ſolutione facta, per lint
vel chartam bibulam filtrentur et diu ſeruen
quippe cum recens liquor ſit recenti praef
tior. Doſis eſt cochlear tempore matutino ie
ſumendum. Taffiam maxime neceſſariam eſſe
tat, propterea quod ex ſaccharo parata, vires ba
micas habeat. Qui huius medicamenti diu contin
vſum, a morbo ſanatur, humores enim podagr
ſoluit et diſſipat, eorum impedit accumulationem
euacuationes promouet aut per largam expectora
nem, aut per lenes, quas producit, alui deiectione
p. 8. Fugiat praeterea aeger nimis otioſum ac lu
rioſum viuendi genus, duas horas poſt ſumptum
medium lac bibat, prandium capiat frugale, atta
ſine ciborum delectu, coenam vel nullam vel e
guam, potus ſit vinum rubrum Burdegalenſe a
miſtum, cubitum eat hora decima, ſurgat qu
matutina. Ceterum neque balneis vti, neque
dibus humidis incedere conuenit, ob multa pe
cula inde orta.
p. 10. Antequam Cl. Auctor vſus eſt hac medic
viſcido, ructibus continuis, acido, et plethora la
rauit ita, vt aut venam ſecare aut aluum purg
illum oporteret, nunc autem ab his omnibus li
p. 12. ſanitate integra gauderet. Gum: Guaiaci vires e
que delectionem proponit ſecundum rationem
libro Gallico *) propoſitam Cl. Auctor. Ad dep
lend

*) Dictionaire botan: et pharmac: de l'Edition 1768
Eſt et huius remedii mentio facta in perutili opere
com

dos nodos et quidem sine periculo, saponem al-
m liquefactum per noctem imponit.

Ceterum huius remedii vis vel magis confir-
tur, quippe cum multa nomina attulerit eorum,
i sani facti sunt, vel aliae virtutes adhuc ipsi ad-
ibuntur, vt vis exostoses tollendi, quarum duo
empla profert. In colica denique, vlceribus, ma-
lchiadico, rheumatismo, catarrho, et aliis morbis
ficido oriundis permultum praestare perhibet.

VI.

ROLI STRACK, Med. Doct. et in Acad. Mo-
guntina Prof. cet. De crusta lactea infantum
eusdemque specifico remedio dissertatio.
Quam Scientt. Artt. atque Litterr. Acade-
mia, quae Lugduni in Gallis est, altero du-
plici praemio coronauit. d. 3. Sept. Anno.
1776. Francofurti ad Moenum, typis An-
dreis. MDCCLXXIX. 8. pagg. 63.

prima libri parte de *hypecacuanhae* et *sennae* p. 4.
viribus agitur, ea de causa, vt respondeatur
estioni anno. 1774. ab eadem academia motae,
qua *de succedaneis radicis hypecacuanhae, corticis*
peruviani atque foliorum sennae agebatur *). In sol-
da quaestione de hypecacuanha atque senna ita
latur, vt dicat Cl. Auctor posse his remediis quae-
vomitoria vel aluum purgantia substitui, cum re-
dia illa, de quibus agit, praeter vomendi effectum
m omnino nullum praestent; dummodo ea, quae
rum loco exhibere volueris, artis ope acrimonia
ritante, a qua nausea, debilitas, aliaque vomitum

continuato, quod inscribitur: *Sammlungen auserle-
sener Abhandlungen zum Gebrauch practischer Aerzte.
3 Bandes 4 Stück. Leipzig 1777. 8. pag. 587.*
*) v. comm. nostr. Vol. XVIII. p. 538.

vulgo ſequentia pendent, fuerint liberata. Hyp
cacuanha enim adſtringendi virtute neutiquam p
let, quam nonnulli ipſi adſcripſerunt: mouet e
ſaepius h. e. ſi ſaburram putridam vel vermes in
triculo reperit, aluum; deinde ſi quid in ipſa
quod adſtringeret, hoc tamen ita a ſaliua inuol
retur, vt prorſus ſtupefieret, tandem alui adſti
quem ſaepius gignit, effectus, ob quem in dyſent
lyenteria, vel coeliaca affectione a variis laud
potius a materia acri per os eiecta primiſque
adeo vacuefactis, quam a ſolidorum, vt quidam
tarunt adſtrictione, eſt arceſſendus. Neque e
Peruuianus deſtitui videtur Noſtro remediis, q
ipſi recte ſubſtitui poſſint, in his experiundis
ad tempus modumue, quo exhibeantur, alia
circumſtantias reſpiciendum eſſe ſuadet.

p 25. Iam alteram libri partem adgreditur, in qu
quaeſtionem: *referre noua inuenta ex regno* ve
bili, *quae plurimum conferunt ad materiam* me
reſpondetur. In huius capitis initio de ſignis ſp
corum remediorum quaedam propoſuit. Qua
ſunt: 1) vt morbo eodem quibusuis ſub circu
tiis ſemper medeantur; 2) vt criſes a natura i
atas ſubleuent atque metaſtaſes tollant; 3) vt m
morbi materiam, vel crudam expellant, 4) vt fu
nem ſanam non turbent, laeſam reſtituant, 5) vt
bus, his remediis ſumtis, non recrudeſcat.

p. 33. Vexantur cruſta lactea lactantes potiſſ
nec vllus eſt corporis locus, palpebris excepta
a morbo inuadente, liber maneat; ipſi ocul
bulbi rarius infeſtantur, idque euenit, ſi pu
in facie ſunt nullae, quapropter morbus hic d
dignoſcitur. Ih clunibus moleſtiſſimus eſt
pertinaciſſimus. Oriri videtur morbus ex m

ſingulari, quod probant: 1) exempla infantum matribus hoc morbo olim laborantibus genitorum; 2) nutrices, quae hoc morbo olim preſſae erunt, infantes inficientes. Variolas, hoc morbo operato, leuiores eſſe negatur, et damna enumeratur, quae oriuntur, quando pars materiae ad glandulas defertur. Morbum ipſum ſaepius ſequuntur tabes, tympanitis, lippitudo, auriumque abſceſſus. Vrina hypoſtatica eſt horum affectuum frequentiſſima criſis.

Vtitur Noſter contra cruſtam lacteam Hb. *Ia-* P. 30.
ſeu quod idem eſt *Viola tricolore* LINN. et P. 40.
dem ita, vt quotidie bis, mane ſcilicet ac veſperi
lacte herbam bibendam praebeat. Coquitur ni-
rum herbae recentis pugillus vnus pro doſi ſu-
endus, pulueris ſicci vero drachma vna omni die
ſumitur, ita vt huius ſemidrachma per duas ho-
in lacte vaccino macerata, dein cocta atque co-
, mane et veſperi propinetur. Adhibito reme-
hoc per vjj dies puſtulae omnes erumpunt, quo
ab eius vſu abſtinendum, et cruſtae deſqua-
tio, mox eueniens, exſpectanda. Cruſta deper-
idem remedium denuo exhibendum, vt, quod
corpore remanſit, expellatur.

Si alius ſimul ſubeſt morbus v. c. mucus in
eſtinis, is prius tolli debet, quam ſanitatis ex-
ari poteſt reſtitutio. Si nutrix hoc morbo
m cruciabatur, tunc infans eſt ablactandus, quo-
am alias ſanari nequit. Metaſtaſi cuiuis cruſtae
eae hoc medicamentum opponatur.

Nutricem hoc morbo laboraſſe cognoſcitur
colore faciei iuſto glabriore, albidiore, ex ru-
re, ſi inrubeſcit, ſcarlatino genas non aequaliter
ffundente. Morbum infanti inſtare docent duri-
s, craſſitudo, aſperitas alborque genarum, atque lo-
um, cum felis vrina odore conueniens. Hic vrinae
dor, ad ſigna morbi pathognomonica pertinet.

VII.

G. G. SCHILLINGII de Lepra commentatio recenſuit I. D. HAHN, L. B. et Traj. ad Rh. 1778. 8. plag. 15. c. tab. aen. et prae HAHNII. pl. 4.

EX Ill. HAHNII praefatione congnouimus, Cl. A ctorem huius libri GODOFR. GVIL. SCHILL GIVM Brandenburgicum, diu Paramaripoi, qu emporium Guianae Belgicae eſt, artem fec inde peragratis Americae Septentrionalis p vinciis in Belgium reuerſum, Vltraiecti An 1769. duos edidiſſe libellos, quorum alter de L pra hic noſter eſt, pro ſummis medicinae hon bus impetrandis ab Auctore propugnatus; alter morbo quem Americani *Yaws* *) dicunt, expo Cuius de contagioſa leprae Americanae indole ſ tentiam refutatum iuit CEL. ROELLIVS, depr tis ex diſſertatione quadam manuſcripta de le cutis Iudaeorum argumentis; quam poſtea com tit a PHILIPPO OVSELIO Franequerae Ao. 17 defenſam fuiſſe. Reſpondit SCHILLINGIVS ROELLII dubia, conſcriptis poſt aliquot annos OVSELIVM animaduerſionibus. Quae ad Ill. HA NIVM miſſae nunc demum vna cum SCHILLIN et OVSELII diſſertationibus in publicum pro
p. 15. runt. Cum vero Noſter, quinque morbos, lepr nempe Hebraeorum, Graecorum Elephantiaſin, niorum Arabum lepram, malum Sancti LAZAR Americanorum *Boaſi* vno leprae nomine com ſtatur, aduentitiis ſaltim quibusdam notis a ſe in cem differre hos morbos exiſtimans; cumque alii terque hos MEAD et LORRY lepram Iudaicam potius eſſe vitiliginis ſpeciem opinentur, quae Gr

*) v. de hoc morbo ſupra.

ς ἀλφὸς dicatur, neque cum elephantiasi conue-
ire; HAHNIVS in hac re fere nihil certi statui
osse putat; monet tamen, si ad vitiliginem refe-
enda sit Iudaeorum lepra, certe non mitiori spe-
ei s. ἀλφῶ, verum potius grauiori, quae λευκὴ
uncupetur, accensendam esse, quae quidem hacte-
us ad leprae indolem accedere videatur, quod, iuxta
ELSI descriptionem et albidior sit alpho, et altius
escendat, pilisque ipsis albis lanuginosisque red-
tis, pertinax plerumque sit, nec facile hominem
erelinquat. Hieroſolymitanum malum Elephan-
ii Graecorum fuisse cognatum, ex epistola qua-
am GREGORII HORSTII Ao. 1624, quo nondum
ine ex Europa cesserat illa lues, scripta, compro-
at; in qua potissimum ἀναισθησίας cutis et spon-
ne membrorum mortuorum a corpore secessus
entio iniicitur. Ceterum de reliquis morbis a
CHILLINGIO in rem praesentem introductis, non-
am decerni quid posse autumat, vtrum vere lepram
emulentur, an diuersi generis sint.

Ter haec lues Europam inuasit; primum Ita- p. 21.
am sub TIBERII CLAVDIIque, vt videtur, impe-
io; binaeque eius species tunc obseruatae fuerunt:
ltera, a loci, quem primum inuaserat *mentagra*
icta, proceribus potissimum infesta; altera *Ele-*
antiasis per plebem grassari solita. Secunda vice
Arabibus in Italiam, Galliam Hispaniamque de-
ata, breui tempore desaeuiit. Tertio denique per
pontificiae superstitionis satellites, ex bellis sic dictis
ruciatis reduces, illata, longe lateque per pluri-
as Europae prouincias ipsasque Germaniae vrbes
agata, sero demum extincta est. Cum itaque in
coelo Europaeo non omnino certum aduersus le-
ram esse praesidium experientia docuerit, cauen-
dum esse monet HAHNIVS, ne pestis illa nostris
regionibus ex America asportetur. Nec vanum esse

hunc metum hominis ex America nuper reuer
emplo demonſtrat. Is, vti a Cl. HENSLERO P
ſico Altonenſi Auctor acceperat, in inſulis Am
canis diſſoluto vitae genere vſus, poſtquam inie
coniugium per integrum annum ſatis bene val
Anno vero elapſo prima in ſe percepit ingruen
leprae indicia. Quae cum cedere medicamen
recuſarent, in Europam reuerſus eſt, malo tamen
eo tempore nequicquam eleuato. In deſcriptio
huius leproſi hoc inprimis notabile eſt, caput,
inprimis faciem hoc malo admodum fuiſſe foe
tam. Eius color in America ruber fuit, poſtmod
in Europa cupreus fere euaſit. Ex eo quoque t
pore mentum porrigine ſqualere incepit. Ne
vero, vt in reliquo corpore, ſic etiam in facie ſen
omnis periit. Aeri hoc leproſum caput Ill. HA
NIVS inſculpi atque in titulo libri exprimi cur
Caeterum nec appetentia ciborum, nec eorund
concoctio nec reſpiratio aut pulſus arteriarum
iſto homine a conſueta et naturali norma aber
vit. Sudorem, quem in America copioſiſſimum fu
dere ſoleret, nunc pene non expertus eſt.

p. 32. Cum leprae huius initia tam exilia ſint, et
occultis plerumque corporis locis ſeſe exferant,
eoque inſenſili modo iſta lues ex corporibus
infectis in ſana transgredi poſſit; tanto magis
dulo cauendum erit, ne noſtras aliquando regio
inuadat.

His propoſitis, Ill. HAHNIVS duas addit
ſeruationes a SCHILLINGIO ſibi nuper traditas.
cum Tondin Surinamenſium vrinas ſudoresque
re vidiſſet, in aliis quoque morbis, qui excretion
iſtis iuuari ſolerent, optimo cum ſucceſſu eius
expertus eſt. Hydropicis decoctum ligni To
cum ſcoria ferri et ſyrupo communi mixtum,
colatum

latum, et fermentatum ad tres quatuorue vncias
quotidie propinauit, cute renibusque, aluo et-
nonnunquam hac medendi via optime solutis.

Altera obseruatio Gymnotum electricum L. p. 36.
fecat. Acus nautica in vicinia huius piscis con-
tinuo mouetur. Atque ipse piscis admoto magne-
inquietus redditur, et conturbatus fugam moli-
Idem accidit, si aquae ipsius cui innatat Gym-
cus, superficiei magnes paullo fortior applicatur,
nec post varias palpitationes, ad magnetem acce-
ipsi firmiter ferri instar adhaesurus; iamque
piguidus impune manibus tractari demulcerique
est. Pristinas vires sero tantum recuperat; satis
autem si limatura martis conspergitur. Quae
mina etsi ita euenisse HAHNIVS nullo modo
datur, dubitat tamen, an vere pro magnetica
ius piscis virtute stare possint. Illae enim et
nauticae in Gymnoti vicinia, et huius, applica-
aquae magnete, motiones crebriores eandem ob
nionem fieri Ipsi videntur, qua corpora electrica
aduersus magnetem se habere solent alias. Quod
ro ad magnetem sese applicet piscis, id partim
animalis ea, quae sibi ingrata sunt, remouendi
contentione, partim ab arena martiali pisci ex aquis
talibus adhaerente repetendum esse censet; cum
ipse SCHILLINGIVS remoto animali polos magnetis
oobe quasi ferrea adspersos fuisse animaduerterit.
Proinde eo magis luculentiorem huius magnetismi
in Gymnoto apparentis explicationem optat, quo
plura sint in hac re, quae magnetismum animalem sic
dictum possint illustrare. Qua opportunitate du-
ctus, nonnulla de magnetis corpori foris applicati
virtute veteribus iam cognita, Noster exponit, quae
quidem a GALENI inde temporibus spreta atque
repudiata a THEOPHRASTO PARACELSO iterum
in vsum vocata fuit, atque ab HELMONTIO acriter
propug-

propugnata. Poſtmodum obſoleuit haec per
gnetem morbis medendi ratio, nuper denuo
busdam medicis iactari coepit. In quam ſatis
ter, neſcio an omnino merito, HAHNIVS inuehi
putat tamen in longis cerebri neruorumque
ctionibus hanc ſcilicet vtilitatem habere, quod
gri ſpe quadam demulceantur; caeterum, vt ip
verbis vtar, laminis annuliſque magneticis;
ſpecta! inſculpendum eſſe, aegrorum vero ani
patientia.

p. 1. Accedamus ad ipſam SCHILLINGII diffe
tionem. Enumeratis huius morbi apud varias g
tes nominibus, inter quae et Elephantiaſis et
lum Sancti LAZARI recenſentur, incipientis Le
ſigna deſcribuntur. Multa huc ſpectantia
CELSVM, PAVLVM, AVICENNAM, ANDREAM
RAEVM, et HILDANVM legi poſſunt: quorum
ctorum narrationes ideo potiſſimum inter ſe diſ
pare Noſter exiſtimat, quoniam initia morbi in
cultis plerumque corporis locis prorumpant, ad
que medici iudicio facile ſubducere ſe poſſint. S
autem duo ſigna pathognomonica leprae, mut
cutis color, et ἀναισθησία. Illum omnes ſcripto
commemorant, hanc ARETAEVS, et ab initio m
bi ſtatim adeſſe primus CLEYERVS *) obſer
Duplex autem coloris eſt mutatio, ita vt mox p
lide rubeſcant, pilis pariter vel rubentibus vel
vicantibus, mox ex albo flauicent rubeantue ma
lae, pilis caneſcentibus. Vtrumque macular
genus rotundum et inſenſile eſt.

p. 10. Maculae leproſae interdum lente creſc
tunc inprimis, ſi, neglecto remediorum interno
vſu, externa ſaltim fuerint adhibita. Solent aut
pu

*) vid. Ephem. N. C. Dec. II. Mens. Decembr.
MDCLXXXIII. obſerv. 5.

rini tumores auricularum lobos occupare, et vn-
ne fere cingere; poſtmodum vniuerſa facies tur-
dicare et rubore cinnabarino praeternaturali ſuf-
di, qui in ipſis Aethiopibus haud difficulter viſui
praebet, progreſſu temporis vero ſenſim ad coe-
leum vergit, cute interea magis magisque cor-
gata. Sic per complures annos, niſi grauior in
ex error committatur, morbus trahi poteſt, alias
uerſum corpus, maculis leproſis obſidetur, digiti
eſertim, qui, dum ad vngues craſſeſcunt, omni
bato ſenſu, crebro ſub tumore prorſus recon-
itur, donec emortui ſponte delabantur. Acce-
ſit ob perſpirationem plane ſuppreſſam varii
bi chronici, quibus ſi ſuperuixerit aeger, artuum
inum iacturam procedente tempore patitur, qui
pe abſque dolore decidunt. Praeterea vlcera
uis cruſtis deciduis obducta, indoleſcentia, per-
ciſſima omne corpus deturpant. Anima peſſi-
e foetet. Aluus ſtipata, ſi medicamentis pur-
ibus ſollicitatur, nigra ſicca excrementa deiicit.
ina rufa, tenax, turbida, muriam redolet. Omnes
excretiones in morbi principiis ſecundum na-
ram ſeſe habent, et deinceps demum ſic mutan-
r. Sitis eſt perpetua, lingua ſicca, rimoſa, nigra.
anguis tenuiſſimus eſt, multis globulis albis milia-
is diſtinctus. Serum vix igne coagulatur. In-
dum ſero caret ſanguis; qui e vena miſſus ple-
mque putet, ex arteria vero non olet.

Elephantiaſin eam ſpeciem leprae Noſter dicit, p. 17.
ae pedibus potiſſimum infeſta ſit. Facile ſan-
inem pedes fundunt, digitis inter ſe coaleſcen-
us, ipſisque articulis malo increſcente ita com-
ctis, vt muſculos tendineſque confuſos nullo mo-
o diſtinguere aut ſeparare poſſis. A pedum tur-
itudine cumque elephantinis ſimilitudine morbus
omen traxit. Sero demum reliqua membra inua-
dit.

dit. Amputatio pedis nihil vnquam profuit, ſ
poſt paucos dies ſub ipſo tetano morientibus,
non prius a vulnere conualeſcentibus, quam
phantia pedem alterum corripuerat. Oſſa pe
ſpinam ventoſam mentiuntur, deſtituta pene
cauitate et medulla. Tendines et muſculi
denſi ſpeciem affectant, tamque tenaciter adhae
oſſi, vt potius huius partes a ſe inuicem quam
dines aut muſculi ab oſſe diſtrahantur. Vaſa
obliterata fere ſunt, quaeque in cute adhuc
rent, ea varicoſa ſunt, pauciſſimum ſanguinem
tinentia. Hinc in amputatione cruris leproſi
opus eſt, vt arteria cruralis deligetur, ſanguis
languidius prorumpit, venoſo ſimilis. Lig
vero tunc eſt arteria, ſi in remotiore loco pe
tatur. Semper autem tenuis eſt ſanguis pa
que ſeri dimittit.

p. 20. Lepram non inquilinum eſſe Americae
bum, ſed ex Africa allatum, Cl. Auctor exiſtim
vero in Aethiopia, partim coeli aeſtum, pa
victum, qui ex corruptis carnibus ſemiput
que et verminoſis piſcibus eſt, aditum pa
Aquae praeterea per ſiccam tempeſtatem p
ſcentes, taboque piſcium foetidiſſimo infectae;
demque ipſa venus, in quam prae aliis gen
Aethiopes procliues ſunt, multum ad perul
dam leprae luem faciunt. Quae cuncta, cu
America Meridionali eodem ferme modo ac
poſſint, mirum non eſt Surinami et in aliis Au
lioribus coloniis tam impune lepram in vulgu
ſari; cum e contrario longe infrequentior ſit in
reali America, vbi nec coeli aeſtu, nec alimen
tusque putredine corpora male habentur, et v
libidines Europaeorum in Aethiopes, legibus
ris proſcribuntur.

Caro

Caeterum aliquod peculiare leprae virus ſta- p. 25.
endum eſſe Cl. Auctori et coloris in cute im-
utatio et anaeſtheſia ſuadet. Neutra enim abs-
e humorum neruorumque praua conſtitutione
ri poteſt. In colore enim mutato humoris in
qua parte ſtagnantis reſoluti et putredinem iam-
concipientis indicium eſt. Hinc deſtructa neruo-
m cutaneorum compage ſenſum ſupereſſe nullum
ſſe intelligitur. Hoc vero commune habet Ele-
ntia cum ſcabie et impetigine, quod lympha
ida potiſſimum ei naſcendae occaſionem prae-
. Diſcrepant vero a ſe inuicem in eo potiſſi-
m, quod Lepra tardo gradu incedat, faciem et
pus internum inficiat, cum et ſcabies in facie com-
re haud ſoleat, citiſſime diffundatur, et cor-
interno pareat. Inde ratio patet, cur ſola
terna remedia in lepra parum proficiant. Na-
ra, niſi corpus admodum robuſtum ſit, vix morbi
m ſuperare poteſt: quod tamen, ſi fiat, omnis ma-
ia morbida diluta et cocta ad cutim congeritur,
mamiſque et cruſtis a corpore dilabentibus expel-
ur. MOSES in hunc morbi ſtatum innuiſſe Au-
ri videtur, cum hominem, in cuius vniuerſo cor-
re lepra alba aequabiliter efflоruerit, pro puro
clarauerit.

Qui contagioſam leprae indolem omnibus p. 34.
ſtis ſcriptoribus ſic viſam inficiati ſunt, duobus
tiſſimum argumentis ſuam ſententiam ornare
iduerunt. Alterum ab exemplis liberorum lepra
munium, a parentibus leproſis editorum; alte-
m ab innoxiis coniugiis leproſorum cum ſanis
citum eſt. Illud quidem nonnunquam, ſed per-
ro fieri SCHILLINGIVS fatetur; tunc ſcilicet, ſi
ſtim a natiuitate a parentum conſortio infantes
emoueantur, et in aërem ſalubriorem transferan-
ur. Omnino vero negat coniugium inter ſanos

et

et leprosos iniri posse, quin ocius seriusue in
getum quoque corpus leprae virus sese infor
etsi forsan possit fieri, vt pauci quidam homines
perpetua cum leprosis consuetudine, nihil ab
lue patiantur; eodem fere modo, vt alii sunt,
variolas pestemque in ipso contagio non e
riantur.

p. 36. Accedit Noster ad Leprae prognosin, cu
praecipua quoque momenta ex veterum et re
tiorum scriptis adiicit. Termini, quibus hic
bus contineatur, fere incerti sunt, aliis quippe
atrocia intra vnius anni spatium absumptis alii
ro, aut ob vitae genus mutatum, aut ob tardi
ipsius veneni leprosi, per complures annos v
sic satis tolerantibus. Infantes parentum lepr
rum, nisi ab his primis statim diebus remoueat
mortem breui obeunt; neque tunc semper luis
riculum effugiunt, si procul a natiuo solo et pa
tibus in locum salubriorem hominumque sanor
consuetudinem venerint. Variolae in leproso c
pore perinde ac in sano decurrunt, confluente
quas aluus dissoluta comitatur, mortem praeb
Ita vero Lepra vel mitior confluentibus va
saepe exacerbatur, vt digiti etiam sine difficu
et dolore decerpi queant, et carnes frustatim e
pore defluant. In aliis herpes vniuersalis pos
peratas variolas relictus fuit, quem repressum
identidem reuersum letalis dysenteria tandem
cuta est. Frequentissima autem est luis ve
reae cum lepra coniunctio, cum leprosi venere
summopere soleant appetere. Atque morbi
complicati quam rarissime ad sanitatem per
possunt. Etenim mercurialia medicamenta ip
litidi opposita, leprae ferociam incitant, et dy
teriam foetidissimam producunt. Accedunt ad h
lepr

prae genus vlcera inguinum Chironia, quae pari-
a mercurio dato peiora sese habent.

In curanda lepra tria obseruanda sunt, primum, p. 41.
penitus suppressa perspiratio restauretur, deinde
diluatur virus, neque acrius fiat inepta vitae ra-
ne, denique vt corpus expurgatum et leprosa
teria liberatum roboretur. Subiiciuntur his a
Auctore veterum recentiorumque de leprae
andae ratione placita. In eo fere omnes con-
iunt, venaesectionem administrandam, purgatio-
us fortioribus, frictionibus, exercitatione, cursu,
facile concoquendis, inprimis vero viperarum
ibus et pastillis vtendum esse. Neque inficia-
Noster, esse in medicamento, quod postremo
nuncupauimus, singulare aliquod aduersus le-
praesidium. Per tres integros menses, statim
omni carnium piscium que vsu omisso, solis
ibus, pane et iusculis victitandum aegris est.
tunc demum concedendum est, si alvus, quae ob-
ta fuerat, reserari coepit. Ea primum quidem
oribus eccoproticis, postmodum fortioribus pur-
ibus, nunquam vero mercurialibus sollicitanda
Si plethorico mederis, venaesectio instituenda
antequam ad vehementiora purgantia accedas.
modum ad leniora redeundum et clysmatibus
primis vtendum est. Tunc balnea tepida, sed
ab initio, adhibenda sunt, quibus emollientia
didisse neminem poenitebit. A lauatione statim
gri in lectum sese conferant. Vt corpus mo-
at crebro, omni ratione curandum est.

Pro potu leniora primum et emollientia de- p. 48.
, deinceps fortiora sudorifera propinentur, ita,
per sex hebdomadas quotidie librae circiter octo
bantur. Quo fit, vt vrina sedimentum copiosum
nat rubrum aut nigrum, et ipsae alui sudorisque
cretiones largiores consequantur. Quod si vero

natura aegroti hos potus ſudoriferos ferre ne
illorum loco decocta detergentia cum nutrient
mixta eligi debent. Vini modicus vſus conne
dummodo neque acidum, neque nimis ſpiri
ſum illud ſit. Ab acido enim leproſis tertia
quartanae aut lentae, a ſpirituoſo vero pote
dentes febres accenduntur, quarum cura le
ſanationem diſtrahi oportet. Proinde etiam, ſi
berare conſultum videtur, non ſpirituoſis, ſed
diacis et neruinis id ſuſcipiendum eſt.

p. 50. Diarrhoea, quae perſpirationem refrigerio
preſſam ſequitur, morbum protrahit magis, nec
men admodum periculoſa eſt. Illa, omiſſis o
bus adſtringentibus, ſiſtenda eſt remediis, q
ſimul ſudores prouocandi potentiam habent. T
nus etiam a refrigerio ſuperueniens, opta
iuſdam vſu ſoluendus eſt, ingeſtis ſimul decoct
doriferis.

Vena incidenda eſt, tribus menſibus dicta a
bis medendi ratione praegreſſis. Solet autem ſan
eo tempore cruſta viridi et viſcida contegi, cru
a ſero diſcedente; quod ab initio fieri non ſo
Hinc apparens ſanguinis paullulum reſoluti
cium, praeter decocta amarorum extractorum v
poſcit. Purgantia quoque caute propinaſſe
incongruum erit. Satyriaſin et priapiſmum m
ſis, anodynis, camphoratis, et refrigerantibus c
ceri oportet.

p. 52. Ad externa remedia veniendum eſt, ſi v
bus foetidis putridisque corpora leproſa affligu
ſponte quidem intelligitur, exſiccantibus,
micis et antiſepticis opus tunc eſſe. Vngu
omnia, ea vel maxime, quibus mercurius ineſt,
debent, quam diu materia morbi in ipſis cor
penetralibus haeret. Humoribus vero bene
purgatis, corpus oleoſis vnguentis illiniri om

pro

leſt. Ab eo tempore quoque nonnihil a diaeta
riori remitti poteſt; pergendum tamen eſt in
quis curationis partibus, donec ſexto aut ſepti-
menſe cruſtae emollitae paullatim et diſcuſſae
rpore ſponte decidant. Sic corpus omni ſua
ri cute exutum, contegi noua tenerrima ſolet,
ui vel a leuiſſimo contactu dolor excitatur, et
itus etiam poſt aliquot dies perſentiſcitur. Ne-
tamen ab omni medicatione tunc abſtinendum
alias vel exiguo morbi fomite relicto, lepra
aliquot annos renaſcitur. Inprimis vero, ſi per
rum fere annum curati aegri dimittuntur, ſe-
monendi ſunt, ne victus ſobrietatem corpo-
exercitium negligant. De robore etiam re-
do ſub finem curationis cogitandum eſt,
plerumque ſudoribus maximopere infractum
ſolet. Cuius rei cauſſa, mox frigidiora bal-
, mox corporis ex ſpiritu vini lauatio, mox
migationes adſtringentes balſamicae commen-
ae ſunt.

Si leprae ſiphylis adiuncta eſt, decoctis dia- p. 55.
reticis ligna addi opportet, quae antiuenerea
te pollere exiſtimantur, antimonium crudum
. Calli tophique venerei emolliendi cataplas-
us et fomentis, aut ſcarificandi ſunt. Ad ca-
palati oſſa, vuulae etiam, parotidum fauciumq.
vlcera ſolae collutiones oris et iniectiones ab-
gentes conueniunt.

Si ad lepram inflammatorii morbi aut putridi p. 56.
unt, in hos omnis cura primum conuertenda
blinendum tamen a fortioribus acidis, quibus
oſi vt plurimum male plectuntur. Putridis
is haud cunctanter fortiora antiſeptica oppo-
tur; ſemper autem in lepra hoc obſeruari de-
, vt accedentibus motibus febrilibus prima cura
endatur, neglecta ad tempus leprae curatione.

p. 59. Accedit Noſter ad eam lepram ſanandi r
quam femina quaedam Afra, liberta, in
aegrotis proſpero cum euentu adhibuiſſe
tur. Creſcit circa Paramaribo Surinami
Tondin incolae nominant, in paludoſis loc
liis vlmo ſimilibus, cortice extus nigro, int
cundo. Ex huius ligno et radice reſinoſa
adſtringente libras aliquot in magna aquae
femina iſta decoquere conſueuerat, et libr
nas quotidie, ſingulas nempe ante meridiem
meridiem et veſperi leproſis propinare; quo
terea corporis exercitio ſudorem prolicere
His peractis, decocto foliorum illius frutic
corpus lauabat ſtraguliſque obuoluebat.
quot ſeptimanas corpus inungere ſolebat
to, ex cuſcuta planta per triduum in aqua
cumque limonum ſucco inter terendum
nigram conuerſa. Quo quidem vnguento
las tumoreſque leproſos foueri curabat,
tis, omnibus cruſtis maculiſque depoſitis,
tur et ſenſum recuperaret.

p. 63. SCHILLINGII diſſertationi ſubiun
PHILIPPI OUSELII, de lepra cutis Hebr
ex qua cum maximam partem in iudicand
morbi apud Iudaeos hiſtoria verſetur, ſu
tum capita deſcribamus.

Explicata vocis notione et etymolog
natura, ſedes, ſigna diagnoſtica et ſpecies
tur. Eſt vero alia lepra rerum exanimum
matarum. Illa parietes aedium et ve
haec humana corpora inuadit. Atque il
riori loco recenſita mox particularis, mox
lis eſt. Particularis leprae ſpecies varias
Ebraei conſtituunt, alii ſeptem alii, ſex, alii
tummodo. Sequitur explicatio nominis

l in leprae descriptione apud MOSEN occurrit; ni pathognomonicum in praeternaturali albe- ponitur, particularia in pilis albis, diffusione, citate et profundiore plagae adspectu. Illam nditatem non veram esse Rabbini volunt, sed m apparentem. Viuacitas autem (טחיח) ni- liud est, quam quae nostris medicis caro fera aut sa et luxurians dicitur. Recensetur porro le- quae in locis adustis vel cicatrice obsitis oritur, quam macula, tumor, aut abscessus comitatur. autem OVSELIVS leprae cum Graecorum ntiali parum praeter nomen commune esse, ne vero ad illam accedere eam vitiliginis spe- quae Graecis ἄλφος dicitur.

Quod ad causas huius morbi pertinet, Iudaei ncubitum cum menstruata, mox humorum ionem nocere arguunt. Existimant vero, lymphae praeualeat, lepram oriri. ABAR- ob calorem ex corruptione ortum lepram ulare arbitratur, quae ex eius sententia eua- critica imperfecta est.

Contagiosam fuisse lepram, negat OVSELIVS p. 109. quod 1) leprosis, antequam de iis sacerdos cog- set, liberum cum aliis commercium haud fue- rdictum: 2) quoniam, cuius corpus totum occupasset, lege Mosaica pro puro declaratus ; nec laetitiam publicam ob leprosorum prae- interrumpi vnquam edictum fuerit. Porro nem lepram esse immundam perhibet, nec nos et inquilinos oportuisse ob lepram re- Vnde concludit, de leprae contagio ni- OSEN suspicatum fuisse. Tandem etiam nus- leprosis apud Iudaeos medicas manus admo- isse, contendit, sed Deum sibi soli huius mor- ationem reseruasse.

p. 120. Huic OVSELII dissertationi subiunctae
SCHILLINGII ad eandem animaduersiones.
mat vero SCHILLINGIVS primam et dome
quasi leprae sedem in corpore humano esse, vi
inanimata corpora deriuetur. Num animalia qu
praeter hominem alia inuadat, decernere non
Distinctionem factam ab OVSELIO inter vniuers
et particularem lepram reiiciendam esse censet,
illa MOSI sic dicta lepra vniuersalis nil sit, nisi
huius morbi salutaris, qua contagii metus toll
aspernatur etiam reliquas Iudaeorum diuisi
quibus quippe non species, sed varietates a se
cem secernantur. Neque enim vnquam fieri
arbitratur, vt Leprae virus intra singulae cuiu
partis fines sese contineat. Porro nil in
vtrum ex tumore, an ex pustula, aut vlcere lepr
sus omnes partes dimanauerit, dummodo
prae signa in macula aut tumore vere appa
Anaestheſiam vero a MOSE inter luis leprosae
comprehensam fuisse cum ipsum nomen Ebr
(צרעת) virium corporis deiectionem, et eam c
tionem, qua motus perit, significet. Illam
tiam statim ab initio leprae adesse ipsi norun
thiopes, qui, maculis in corpore conspectis, ferr
igne applicato experiuntur, doleant illae, n
Idem Aegyptios intellexisse, et ab his lepr
men (cuius quippe radix Ebraica ignoratur
SEN depromsisse noster suspicatur. Expres
bis autem hoc signum non enunciasse MOSE
quod vulgo notum esset, et praeterea lepra
plerumque lateant, postea vero alia accedan
ex quibus lepram diiudicare liceat.

p. 134. Non pilorum tantum color in lepra m
sed ipsi haud raro defluunt. *Aspectus* aute
profunditas sic videtur saltim esse. Nascitur e
obsoleta maculae albedine a reliquis corporis

…ore distincta. *Diffusio* omnino ad certa leprae …pertinet, quod vero *ad viuacitatem* *) perti… illa immerito pro signo certo habita fuit. Vbi …uis ad leuissimum tactum effluit, ossa carioſa …, musculoſae autem partes phagedaenicis vl…bus indolentibus consumuntur. Proinde non …em sanam, sed potius vlcus leproſum significat, … caro cruda s. luxurians versus omnes partes cres… innascitur, quae latius serpit, parteſque sine do… depascitur, nec abstergentibus aut exsiccanti… domari potest. Porro pili albedinem conser…, aliqua inprimis vlceris particula prae reli… albescente: causticis vero fortissimis vix ac ne …quidem sensus aliquis excitatur. Atque cum ex …mnibus leprae verae praesentia certo cogno…, mirum non est, MOSEN praecepisse, vt, qui …ffecti essent, haud cunctanter impuri pronun…ntur. Carnem viuam autem dixit, vt popu… captum sequeretur; cum scilicet illud vlce… genus carnem crudam specie aemuletur.

Interdum leproſa vlcera totam cutim occu…ta sponte consolidantur, quod tamen certam …tionis spem non facit, cum breui post denuo p. 139.
…ra efflorescant.

Precario etiam Rabbini contendunt, loca ad… nunquam lepram ingruere, quod et scripturae …tis et experientiae repugnat. Fieri enim solet, p. 140.
… cutis non affecta forte comburatur, postmodum …nte rursus consolidata maculam contrahat ma… magisque proserpentem; quod quidem certum …rae latentis indicium est. Alias vesiculae in facie …mbusque prorumpunt, adustionis speciem men…ntes, ita vt medentem facile similitudo ista fal…re queat.

*) vid. supra. p. 437.

p. 145. Fieri nequit, et abſonum eſt, quod [illegible] contendit, lepram eo minus impuram eſſe, [illegible] grauius illa homo laboret. Neque haec [illegible] MOSIS verbis reſpondet, qui ſub lepra totum [illegible] pus occupante non *ἀκμὴν*, ſed criſin intelligit. [illegible] bedo vero hoc loco furfuraceas cicatrices [illegible] plectitur.

p. 149. Figmenta quoque ſunt, quae Rabbini de [illegible] quibuſdam corporis leprae non obnoxiis tra[illegible] teſtante id tum Legum moſaicarum lectione, [illegible] ipſa experientiae fide.

p. 153. Lepram per bella ſacra ſic dicta olim ad [illegible] ropaeas gentes perlatam, nondum omnino Eu[illegible] exceſſiſſe, variae Pedimontii, Sabaudiae, Finnia[illegible] Bothniaeque regiones commonſtrant. Cl. [illegible] in Sibiria nuper morbum obſeruauit, in plu[illegible] cum lepra conuenientem, cui *luis nigrae* ſeu [illegible] *canenſis* nomen eſt.

p. 157. Verum quidem eſt, quod Rabbini aiunt [illegible] aliquam in partibus leproſis obſtructionem m[illegible] ſenſumque deleri. Verum tamen tanta non e[illegible] illi volunt, nec vaſa maiora tenet; alias inf[illegible] tio naſceretur. Proinde Noſtro virus lep[illegible] ſtupefacere magis, quam rodere videtur, [illegible] omnium primo fibrillas nerueas inuadere, d[illegible] vero vaſa et humores aggreſſum lympham c[illegible] pere et inſpiſſare, cruorem poſtmodum ipſu[illegible] quinare. Acrimoniam tamen non plane ab[illegible] hoc leprae veneno, ſtimuli venerei immanes [illegible] probant, qui vſque ad mortem leproſos incit[illegible] lent, nec niſi ſub ipſa vera criſi ſalutari hebe[illegible]

p. 160. Precario etiam OVSELIVS lepram humana[illegible] curari poſſe letalemque eſſe negat. Regula[illegible] diaeteticis, quae lege Moſaica leproſis eſſent co[illegible] tutae, hoc omnino ſignificauit legislator, non ſem[illegible] miraculo, ſed plerumque viribus naturae luem [illegible]

um iri. Etiamsi vero lepra ab initio haud ma-
s affert molestias tardeque proserpit, inde tamen
n letalem esse minime sequitur; quin potius
mi refragatur experientiae.

Contagiosum leprae morbum esse, ipsa sacri p. 165.
dicis verba OVSELIVM docere potuissent. Iu-
ntur enim leprosi a caeterorum societate abesse.
ae rudissimae Aethiopum gentes leprosorum
ietatem fugiunt, experientia naturaeque sensu
ae, quantum inde immineat periculum. Ipse
tor immanis et pestilens ex corporibus leprosо-
exhalans, atque in historia Miriamae leprosae
e (Numer. XII. 12.) a MOSE commemoratus,
nempe Aaron illam putrido comparat abor-
contagiosam leprae indolem commonstrare
ur. Caeterum, quod Sacerdotes, quibus lepro-
incumbebat exploratio, ista lue non afflicti
nt, nihil ad refutandam eius contagiosam in-
valet. Neque enim Sacerdotes aliud quid-
faciebant, quam medici nostri quotidie inter
otos conclamatos versantes; neque cum lepro-
vno in loco commorabantur, sed potius eos-
, simulac pro impuris declarati fuissent, ex vrbe
castris remoueri curabant, vel si ambigerent de
bo, illos in loco separato asseruabant. Cae-
um etsi ex Talmudicis legibus de lepra sponsi
sponsae per septem nuptiarum dies nulla datur
nitio, neutiquam tamen ideo hoc factum est,
contagium non timeretur, sed vel superstitio-
, vel, quod intempestiuum videretur, hac disqui-
one laetitiam interrumpi. Nec denique reliqua
mpla ab OVSELIO, vt tueretur suam sen-
am, allata, lepram a contagii liberare possunt
idia.

Adiicit denique SCHILLINGIVS, vt leprae natura p. 176.
t manifestior, quasdam leprosorum historias. Ex

his prima est familiae cuiusdam rusticae, quam
agro Taurinensi per complures annos lepra
ctam Auctor cum ALLIONIO inuisit. Pater me
lepra immunis esse visus fuerat; quem tamen
ster protinus eo morbo correptum esse deprehe
dit. Nonnulli ex hac gente iam perierant lep
relicta filia, quae, amissa digiti indicis sinistrae
nus phalange, sanata esse dicebatur, duobusque
liis grauissima quaeuis huius morbi mala experi
tibus. Ex his tamen, qui natu minor esset, curo
nem admittere nostro visus est. Filia sub alt
cicatrice delapsae phalangis maculas alebat m
lentes, leprae adhuc praesentis indicia. Pater q
que in natibus et sub nucha eiusmodi maculis
notatus, de reliquo robustus et sanus. A matre h
lues promanasse in familiam dicebatur; quae et
ma occubuerat. Caeterum, quo natu maiores
rant liberi, eo grauius laborauerant morbo. In
demontii tractu, cui *vallium* nomen est, plurim
colae a pueritia malo isto infestari fama erat.
p. 182. terum exemplum Aethiopis est, qui, dum vende
tur, partua macula indolente iuxta canthum m
rem oculi sinistri conspurcatus erat; postmo
vero eo miseriae peruenit, vt totum corpus cor
peretur, phalangesque digitorum defluerent;
nec inops ille mortem sibi laqueo conscisceret.

Femina Aethiops iam ante plures annos m
culas leprosas, praecipue in pudendis gestu
ita vt nulla omnino morbi suspicio esset. Pos
dum quatuor peperit liberos, in quibus longe
leriora, quam in matre virus leprosum capiebat
crementa, cum scilicet illa praeter maculas m
sensisset omnino incommoda.

Femina Hebraea grauia iamiam leprae symp
mata experta, donec SCHILLINGII praeceptis ob
quium praestitit, sic satis bene vitam toleravit, qu

deo fanationis certam ſpem concepit. Poſtquam vero dieteticarum legum oblita fuerat, ita rurſus increuit malum, vt intra quatuor annos mortem opperiretur. Eadem eſt quinti, ſexti ſeptimique exempli ratio. Alius vir, chirurgiam faciens, diu malum neglexit, ad deſperationem denique redactus, SCHILLINGII medelae ſeſe commiſit, qua poſt ſex menſes factum eſt, vt, cum hoc ſcriberet, aliqua ſalutis ſpes affulgeret, viresque paullatim reſtituerentur.

Leproſa materies ita ſolet contaminare res vtenſiles, vt ne iteratis quidem lauationibus lixiuiisque variis maculae deleri poſſint, quin imo incrementa potius capiant. In parietibus tamen nunquam leprae ſigna in ſacris literis annotata SCHILLINGIVS deprehendit. MEADIVS exiſtimauit, aphronitrum in muris efflorescens, eosque depaſcens leprae nomine in ſacris literis inſigniri; cui tamen Moſes neutiquam adſtipulatur. Statuit potius, ob ſalinas particulas in calce et caemento parietum latentes, humoremque ex aëre arripere ſolitas, facilem leproſo veneno parari acceſſum, quo fiat, vt per muros quoque lepra arroſos homines contagium ſuſcipere queant. p. 192.

Medendae leprae rationem, a liberta Surinamenſi, quod antea diximus, obſeruari ſolitam, non ita tutam et certam eſſe Noſter expertus eſt, allatis ad ſe quibusdam leproſis, quos antea femina illa ſuis medicamentis tractauerat. p. 196.

Adiectae ſunt in calce libri, trium plantarum, Surinamenſibus curandi methodo celebrium, deſcriptiones iconibus illuſtratae. Prima, quae *Tondin* eſt Surinamenſibus, octo ſtaminibus, duobuſque ſtigmatibus ornato ouario inſtructa eſt. Adſunt praeterea nectaria quatuor lutea. Calyx quadrifidus, corolla in 8–9 lacinias fiſſa eſt. Capſulas ſiue nuces gerit p. 198.

gerit oblongas, turbinatas, ſubtrigonas, mucron
triualues, triloculares, ſeminibus tribus conuexis
tas. Florum ſpicae circa baſin binis cirrhis or
tur. Folia quina ſunt, petiolis alatis. HAHNIV
hanc plantam *Paullíniam pinnatam* eſſe exiſtim
Alterius plantae, quae *Cuſcuta Surinamenſi* N
ſtro dicitur, calyx monophyllus quinquefidus, co
rolla item monopetala quinquefida eſt, anthere
ſeſſiles in angulis corollae quinque, ſtyli duo, ſti
gmata ſubrotunda. Capſula ſubrotunda vniloc
laris. Videtur HAHNIO ad noſtrae Cuſcutae gen
pertinere, cum iſta non raro, in Auſtrali praeſertim
Europa, quinque ſtaminibus, totidemque laciniis fl
rum inſtructa eſſe ſoleat. Tertia denique plan
Viſcum Surinamenſe eſt, cuius in lepra virtutes magn
faciunt Aethiopes; vim diureticam inſignem scri
LINGIVS expertus eſt. Florum calyx et coro
in ſex finduntur lacinias, quibus in corolla toti
adhaerent appendiculae, nectarium quaſi efform
tes. Stamina non detexit. Stylus ſingulus eſt, ſti
gma craſſum: ouarium in ima corolla, in drupam
bram glutine plenam, monopyrenam abiens. HA
NIVS ambigit, vtrum *Loranthis*, an vero *Tami*
Smilacibus accenſeri debeat.

VIII.

Philoſophical Tranſactions cet. Vol. LXV. fo
the Year. 1775. Part. I. et II. pagg. 568.
London. 1775. Vol. LXVI. for the Year
1776. Part. I. et II. pagg. 628. praeter in
dices. *) 4. c. f.

i. e.

Tranſactiones Philoſophicae cet. Vol. LXV
et LXVI.

I. L

*) Praecedentia volumina vide in comm. noſtr. Vol.
XXI. p. 72.

Litterae *Cl.* IO. INGENHOUSZ *quaedam ſuper Torpedine inſtituta experimenta*, facta *Liburni* Ianuario 1773, continent. Hyeme Torpedinis vis electrica debilior eſt. Non tamen videtur, percuſſionibus quibuſdam factis, minui, quin potius inſequentes ictus prioribus fuerunt vehementiores: preſſu digitorum piſcis vis nec minuitur, nec augetur. Per catenam aeneam ictus non communicatur, at per baculum aeneum. Suſpenſo piſce filo ſericeo, corpora leuia non attrahebantur, neque obducta lagena admota vi electrica implebatur, neque ſcintillae, neque fragor ſentiebantur, ſi ipſa torpedo percutiebatur. Vol. LXV. p. 1.

2. *De magnis baſaltis columnaris collectionibus aliisque ſingularibus vulcanicis concretionibus, in Veteranſi regione repertis*, Auctore IO. STRANGE. Tabulis illuſtratur deſcriptio regionis, et connexio baſalticarum columnarum. Columnae pleraeque obliquae ſitae, aliae orbiculari, aliae oblongo ambitu circumſcriptae, pleraeque tamen hexaëdrae ſunt; diametro pedis longitudinem aequant. Columnae montis rubri, (*monte roſſo*) fracturam inaequalem et variegatam habent. Praeterea ſtrata Granitae, qui Baſalti eſt ſubiectus, eandem directionem ſervant, quae ipſi eſt Baſalti. Singulare videtur Cl. Auctori Baſaltem quaſi inſertum eſſe Granitae. In tranſitu quaedam de ſtructura Baſaltis in Aluernia exponit.

Baſaltis columnas ortas eſſe putat intrinſeco quodam principio organiſationis, quo cum omni maſſa lapidis, in qua ſitae ſunt et cum qua ſemper maximam habent ſimilitudinem, ſimul conſolidatae videntur, eaedemque in eo loco, in quo inveniuntur, natae, neque ex medio montium igniuomorum eiectae dicuntur, quod quidem regularis p. 17.

plerum-

plerumque earum ſitus comprobat. Neque [illegible] rem vnquam obſeruauit Cl. Auctor circa baſalti[illegible] rum columnarum collectionem, ſed maxima ex [illegible] te terminantur regularibus conuexis ſolidis[illegible] ſummitatibus: quam quidem formam efferuſce[illegible] ti et expanſili ignis naturae tribuit. Demonſtr[illegible] iam ex montibus Venetianae ditionis ignem in qu[illegible] dam loca montium tantum agere, neque ſemp[illegible] omnia ſigna prioris ſtructurae deſtruere, neq[illegible] ſitum vel externa ſigna et formam montium m[illegible] tum immutare. Montes enim illic partim calc[illegible] ſunt, partim igne combuſti, ſtrata tamen prio[illegible] ſeruant. Simili ratione etiam montes baſalti[illegible] iam praeexſtitiſſe in alio ſtatu, atque forma et m[illegible] tione, non vero loco per ignem mutatos fuiſ[illegible] Hinc apparet ſubterraneas exploſiones et erup[illegible] nes eſſe accidentalia phaenomena, quae ori[illegible] montium vulcanicorum plane non ſint eſſenti[illegible] Videnturque Auctori materiae igne eiectae modo ſuperficie montium reſidere, neque omnem m[illegible] tium maſſam componere, quemadmodum alias ſtimabatur. Eadem eſt etiam montis Veſuuii, A[illegible] nae, aliorumque ſolitariorum montium igniuom[illegible] rum natura, qui cum magnis iugis montium inſe[illegible] ſibili modo cohaerere videntur.

p. 33. Iam quaedam de collibus Euganeenſibus [illegible] Longobardia ſpatio ſeptem milliarium a Patauio ſ[illegible] exponit. Characteres externos montium vulc[illegible] corum, crateres nempe offerunt, ſunt tamen ſ[illegible] tis calcareis, poſterioris originis obtecti, quae m[illegible] ignis oſtendunt veſtigia.

p. 36. Subiungit ſingularia quaedam de monte ru[illegible] In Granite illic inueniebantur fruſta lauae por[illegible] ſae brunae vulgaris, quae partes integrales Grani[illegible] offerebant et cum eodem ſimul concreta videbantur. An non inde Granites generatim igneae eſt origi[illegible] nis?

? Iis Auctori, nobis contrarium videtur, cum
vno exemplo minus recte ad vniuersam massam
lligatur. Nonnulla frusta concretorum vberius
scribuntur depingunturque. Singulare est in p. 45.
hermarum Aponensium aqua, cuius calor est 88
duum thermometri Fahrenheitiani, viuere ma-
a in copia *Buccini* fluuiatilis speciem, quam VAN-
LLI *), etsi minus bene, depingi curauit.

3. *De Pondere et Mensura iuxta leges et sta-* p. 48.
, HENRICO *VII. regente.*

4. *Descriptio apparatus, quo aqua aëre fixo* p. 59.
aegnari possit, ac de ratione eum adhibendi,
thore IOANNE MERVIN NOOTH. Componitur
os vasis vitreis intime inter se connexis; in
um imo aër fixus corporibus e. g. calce oleo
ii euoluitur, qui per minima orificia in secun-
m vas, aqua repletum ascendit. Tertium vas,
applicatur, vt aqua superflua adscendat. Qui
tiorem apparatus ideam cupit, ipsam legat tra-
onem, icone illustratam. Machinam hanc, a
AERO correctam etiam descripsit ERXLEBE-
VS **).

5. IOH. STEELE *de instrumento musico ex In-* p. 62.
Australi, Amstelodamum dicta, a Cl. FOUR-
AUX *Londinum allato.*

6. EIVSD. *de fistularum arundinacearum ma-* p. 72.
systemate ex eadem Insula, cum observationibus
fistula, in qua nasi flatu sonos producunt.

7. *De-*

*) DOMIN. VANDELLI differt. 3. de Aponi thermis. Patavii. 1758. 8. p. 5. Tab. II. f. 1.
**) *S. dess. physikalisch chemische Abhandl.* 1 *B. Leipz.* 1776. *S.* 353.

p. 79. 7. *Descriptio nouae actus magneticae, a* I. I. RIMER.

p. 85. 8. *Catalogus mortuorum Cestriae de anno* [illegible] *Auctore* I. HAYGARTH.

p. 91. 9. *Experimenta super noua colorifica stantia ex Insula Amstelodamo Australi allata,* a PETRO WOULFE. Resinosae est naturae, serico et lanae solum applicari potest, cui vi men iam alios colores eiusdem valoris in n terris possidemus.

p. 94. 10. *Experimenta et observationes super noto electrico, Auctore* HVGH WILLIAMSON. notus hic 3 pedes et septem pollices longi et iuxta caput circiter duos pollices crassitie bat. Pinna analis eo in loco, quo cum cor potius cauda cohaerebat, fere pollicis crassi bebat, eratque muscularis, alius tamen, ac naturae. Tactus hic piscis ictus emittit, electricus conductor communicat, simili baculo ferreo, aut si manus in aquam, in qu degit, immittunt, idem sensus excitatur. in aquam iniectos, his ictubus quasi interimit, minores sint, deuorat; si autem attoniti pisc in aquam mittantur, reuiuiscunt. Reliqua menta demonstrant vim Gymnoti omnia pha na vis electricae exserere. Per catenam nisi tensa sit, vis non propagatur, neque neque suberis globi symperielectrici maior electricae materiae impraegnantur. Filo tactus Gymnotus ictus quidem, at non sen emisit. Inde patet Gymnoto esse hanc vim vol riam, nec tamen musculis insitam, sed a fluido dere, quod vere sit electricum.

11. *De Gymnoto electrico, Auctore* ALEXAN- p. 102.
DRO PARDEN. Descriptione sollicita praemissa, ob-
tinuit piscem singulis 5 aut 6 minutis primis ore
extra aquam exserto, spirare, indeque coniecit eum
e pulmonibus instructum adeoque amphibium:
id tamen, cum sectionem instituti non posset, non-
dum certo definiendum est. Corpus admodum ex-
tendere et contrahere valet Gymnotus, atque an-
trorsum retrorsumque natare, hocque respectu ver-
sus videtur analogus.

12. *Experimenta et observationes in conclavi* p. 111.
calido, Auctore CAROLO BLAGDEN. Medio Ia-
nuario D. GEORG. FORDYCE, tentamina cum aëre
calido instituit, e quibus apparet, corpus anima-
lium maiorem calorem perpeti posse, quam
quem naturalis temperatura. CVLLENIVS argu-
mento probare annititur, animalia viua instructa
ad calorem excitandi, quae a vulgaribus chemi-
cis mechanicis modis omnino sit diuersa, neque
fermentatione vel fermentatione producatur. Iisdem
animalibus etiam esse vim frigus generandi sub-
dit Cl. Auctor. Ad tentamina haec Cl. FORDY-
CE conclauia peculiaria exstrui curauit; primum
calorem 90 graduum thermometri Fahren-
heitiani ingressus, eundem ad 120° auxit: atque
hic calor eius internus erat 100°, arteriaeque
pulsus minuto primo offerebant. Respiratio-
nes nulla incommoda oboriebantur. Alio in con-
clauio in balneum 100° calidum descendit, ac dein-
de in aërem temperatum transgressus est. Dein-
de aëre 119° calido in calorem 130° transiit, cor-
poris calor tamen mansit 100°. Vestimentis in aëre
p. 273. Septem mensium monstrum natum erat … gno capite, palpebris clausis, oculis nullis, nasi … gre apparente, ore, dextra aure, loco sinistrae … superficialis rima. Extremitates superiores … rant, collum, thorax et abdomen externe … stingui poterant. Anterius nonnullae costae … sterius spina dorsi detegebantur. Secundinae … turalem figuram prae se ferebant. Pes dexter … gior sinistro, contusus et digito vno destitutus; … ster prope maleolum curuus et quasi luxatus, … bus vltimis digitis inter se connexis. Orificium … altius erat cet. Secto hoc monstro, singulare … distributio vasorum sanguiferorum in conspe… veniebant. Aspera arteria, pulmones, diaphr… hepar, lien, pancreas, ren sinister, vna arteria … licalis, vterus cet. thymus, thyroidea, cor … nec ventriculus cum intestinis erat nexus cet.

p. 277. Conuertit sese postea ad generationis sy… mata, ac inprimis ad euolutionis systema ex ou… quod potissimum assumitur et a Cl. HALLERO …

*) v. comm. nostr. Vol. I. p. 12. Vol. IV. p. 639. … VII. p. 246. Vol. IX. p. 100. 146. Vol. X. … Vol. XIII. p. 345.

BONNETO defenditur, vti in noſtris commentariis legi poteſt. Quoniam autem Cl. BONNETVS obſervationibus argumentisque HALLERI nititur, commemorat modo Noſter Hallerianas ſententias eas ipſas reiicit.

Quapropter ad Cl. WOLF *) ſententiam de p. 281. generatione progreditur, qui ad eam explicandam vim eſſentialem ſumit: Epigeneſis, quam Cl. WOLF defendit, nota eſt. Ac primum quidem monſtrat Noſter, quae mutationes, ad ortum partium neceſſariae, in hoc monſtro, non ſucceſſerint, tum dein, cur non acciderint. Imaginationi laeſae maternae et compreſſioni nihil Noſter tribuit, etſi et hoc in exemplo aliquid feciſſe viderentur. Mater enim huius monſtri laniatori ſaepe interiit et abdomen compreſſit. Poſtremo, nonnullis observationibus additis, exemplisque variis commemoratis, explicationem figurarum Cl. Auctor docuit.

X.

PHILIPPI GEORGII SCHROEDERI, Phil. et Med. Doct. Archiatr. Magn. Britann. Regis et Med. in Acad. Götting. P. P. O. Opuſcula medica antehac ſeorſim edita, nunc vero collecta ſtudio I. C. G. ACKERMANNI, Med. Doct. Vol. I. Norimbergae apud I. G. Lochnerum, 1778. Alph. 1. plagg. tres cum dimidia.

*) CASPAR. FRID. WOLF theoria generationis. Hal. 1759. 4. vid. comm. noſtr. Vol. X. p. 153. Haec diſſertatio 1774. ibidem aucta prodiit. Dein in commentariis Petropolitanis, v. comm. noſtr. Vol. XVII. p. 703. Vol. XVIII. p. 684. Vol. XX. p. 6. ſqq. Porro *Neuere Verſuche* v. Indicem ſcriptorum phyſico medicorum. Ann. 1764.

p. 11. *Diſp. I. de frequentioribus febrium prodromis ... ralia quaedam proponens*, defenſa Go... 1765 a *L. I. Hettling.* Annotato illo diſcr... quod principia, prodromosque febrium inter... ad diuiſionem horum morborum Cl. Auctor ... greditur, eorumque duas conſtituit claſſes, quar... altera eas febres, quae noxiam quandam poll... ad primas vias delatam coniunctam haben... adeo meſentericas, inteſtinales, plurimaſque li... ſas, putridas et malignas complectitur; altera ... eas comprehendit, quae ardentioris, minuſque ... ſticae ſunt indolis, atque cum ſordium ad pri... vias colluuie raro coniunctae deprehendu... Iam praecipuas recenſet cauſas, quae his fe... oriundis occaſionem praebent, iisque ipſa ... ctit prodromos. Etenim repetita conſtitu... vatione, ſpontaneam atque inſolitam laſſitu... cum mente ſibi perfecte conſtante coniunct... nignum catarrhum, febresque intermittentes ... res ſaepenumero praecedere; bilioſas autem ... lignasque eandem ſomno ſolito grauiori et ſu... tiori, tumultuoſis inſomniis perturbato, com... haud raro ſequi. Graues capitis morbos, ... plerumque febris quaedam vel praecedit, vel ... mitatur, memoriae imbecillitas, aliqua vertig... que ſtupiditas inſolita praenunciant; laeſum ... digeſtionis negotium, praeſertim ſi grauius ... inteſtinalibus febribus facile excipitur. Ar... minuſque ſpaſticae febres futurae inſolita, lic... magna, laſſitudine, quietiſque amore, et hor... nonnihil a certo temporis ſpatio ingenii vi co... ſcuntur. Ceterum *ανοςεξια* has praecedit vir... ex ingeſtis vero calefacientibus, alio tempore ... vllo incommodo aſſumtis, moleſtum capitis, p... ris atque membrorum aeſtum, genarum ru... et faciem ſine manifeſta cauſa pleniorem, cum ...

ionis quadam difficultate, ſiccaque tuſſicula con-
ctatu ii, quos huiusmodi febris propediem eſt
ſura, fere ſemper perſentiſcunt.

Diſp. II. de amplitudine generis febrium bilio- p. 45.
ſarum, defenſa Gottingae, 1766. a F. L. *May*. Bi-
ſae, ſiue cholericae febres, quae a putrida hu-
rum corruptione, omnique omnino malignitate
anes ſunt, cum intermittentibus, inflamma-
is atque exanthematicis febribus haud raro con-
chae deprehenduntur; ſumme proinde neceſſa-
eſt, vt, antequam ad huiusmodi febris ſana-
nem nos accingamus, medicamentis remouere
bilioſarum ad primas vias delatarum copiam
amus, quo quippe facto non poterit non ipſe
ops morbus facile tolli. Inter illas autem fe-
, quibus bilioſa huiusmodi colluuies facile ac-
, intermittentes, ſiue epidemice graſſentur,
ſporadice, vt vocant, aggrediantur homines;
idem, anginam et rheumatiſmum inflamma-
; febrem eryſipelaceam, purpuram, vario-
morbillos atque ſcarlatinam attentionem mereri
quam, Cl. Auctor ſe obſeruaſſe refert.

Diſp. III. Analecta de pleuritidum partitione, p. 93.
earumque quoad febrium iis coniunctarum differentias,
poſita Gottingae, 1769. a F. C. *Ellert*. Pleuri-
notione, diuiſionibusque iis, quae in medico-
ſcholis receptae ſunt, praemiſſis, varias huius
morbi ſpecies, velut bilioſam, ſanguineam,
lignam, ſpaſmodicam, hepaticam, ſtomachalem,
ſinalem, etc. quas FORESTVS, RIVERIVS, SY-
HAMVS, BIANCHI, aliique celeberrimi medici
ſeruarunt, Cl. Auctor enumerat, ſigna, quibus
gnoſci poſſint, annotat, iisque tollendis idoneas
cenſet medendi methodos.

p. 135. *Disp. IV. exhibens venaesectionis in* [illegible] *instituendae praecipuas cautiones*, propositi Gott[illegible] gae, 1771. ab *I. F. I. de Roebern.* Cum multis [illegible] torum tum obseruationibus, tum experimentis [illegible] ctum sit, nimia sanguinis detractione homines, [illegible] que saniſſimos, ex tono et vigore inde labefact[illegible] ad cacochymias, viscerum obstructiones, hy[illegible] chondriacas, hysthericas, aliasque grauissimas [illegible] ctiones disponi, non potest non cognitu esse [illegible] limum, omnem aegroti statum in adornanda [illegible] medendi ratione rite disquirendum esse, ne, [illegible] auertere aliquem morbum studemus, eum et p[illegible] rem, et ad coctionem, crisinque, inducta v[illegible] debilitate, omnino ineptum reddamus. E[illegible] non in putridis modo, iisque mox simplicibus, [illegible] complicatis; in neruosis lentis, acutisque f[illegible] noxas saepenumero attulisse visa est venae s[illegible] verum etiam ipsae inflammatoriae, praeser[illegible] cum aliis morbis fuerint complicatae, post v[illegible] alteramque sanguinis missionem grauiores q[illegible] que, et aduersus omnem medelam pertina[illegible] euasisse constat. Quare, inquit Cl. Auctor, [illegible] mum erit, vt indicationes a viribus aegrot[illegible] et symptomatum a plethora, phlogistica d[illegible] ipsaque inflammatoria stasi pendentium vel[illegible] tia formatas ita sequamur, vt aliarum etiam [illegible] rum, simul forte praesentium, quas venae [illegible] haud minuere, sed magis nociuas quandoque [illegible] dere possit, accuratam semper, quoad fieri p[illegible] habeamus rationem, primarumque viarum [illegible] sam colluuiem mobilem reddamus, et per [illegible] medicamenta euacuemus.

p. 175. *Disp. V. de febribus erysipelatosis*, defensa [illegible] tingae, 1771. a *B. de Ziegler.* Omnem ery[illegible] latis, morbi saepenumero quidem fere solo [illegible] regum

gimine, blandisque euacuantibus debellandi, non-
quam tamen, potissimum si ad interiores cor-
is partes serperit, aut inflammatoriam, aliam-
febrem habuerit adiunctam admodum pertina-
, historiam, causasque ex variis cum veterum,
recentiorum medicorum scriptis Cl. Auctor
dole collegit, concinnoque disposuit ordine, ita
siue pathologiam, siue therapiam huius mali
cere quis cupiat, hanc diatriben velut absolu-
mam illi commendandam esse, haud dubitemus.

Disp. VI. sistens analecta de indole ac sede phre- p. 219.
is et paraphrenitidis, defensa Gottingae, 1765.
H. Fein. Si medicae artis principes in sede at-
natura cuiusdam morbi determinanda valde a
nicem recessisse verum est, sane hoc in variis,
consulimus, phrenitidis et paraphrenitidis de-
tionibus animaduertitur; etenim alii in priori
cerebri, aut meningum eius, in posteriori
transuersi septi vehementes inflammationes
issimae febris et perpetuorum deliriorum cau-
esse statuunt; alii, funerum praesertim sectio-
nisi, omnem vtriusque morbi fontem in pri-
viis quaerendum censent, alii denique alias
poris partes accusant. Quare haud irritum
putamus Cl. Auctoris laborem, in quo et di-
men, quod inter vtrumque hunc morbum inter-
it, annotauit, et veram causam denuo inuestiga-
, aptisque argumentis stabiliuit. Redeunt au-
, quae prolixe disputauit, eo, vt inter phreni-
em atque paraphrenitidem discrimen assumatur
llum, nisi quod a symptomatum vehementia sit
petitum, atque adeo priori nomine *febris acuta*
signae indolis cum perpetuo fere delirio coniuncta,
tero vero *leuior*, minusque acuta eiusdem *species*
signatur, quibus, si lubet, παραφροσύνη veterum,

ſiue *febrilis tranſitoria mentis alienatio*, vel
ſpecies commode adiungi poteſt. Ceterum,
Cl. Auctor, valde eſt probabile, ſedem vitii
phrenitidem efficit, niſi ſemper, ſaepiſſime
vel maxima ſaltem ex parte in praecordiis,
busque hypochondriacis latere, deliria vero
rimum ex conſenſu naſci; hinc, quae medica
proſint, et quae noceant, non poteſt non
eſſe atque perſpectum. Et ad ſanguinis
miſſionem quod attinet, ea, ſi modo vere
rae ſigna adſint, omnino inſtituenda eſt;
propter aliquam cauſam videatur omittenda,
cis et occipitii ſcarificationibus vti conueniet;
terea fomenta emollientia, eaque tepida
aſſidue applicanda, clyſmataque ſimilia
ſunt, quibus veſicantia vel ſinapiſmi, et,
vſu, euacuantia antiphlogiſtica, antiputrida
ſpasmodica volatilia iungi poſſunt. Opiata
febrem, corruptos in praecordiis humores,
risque ſiccitatem minime primis diebus,
que aliquando hebdomadibus decerni
vero, declinante febre, corporeque iam
rato atque humectato, delirium nihilominus
prudens laudani vſus magnum promittit
Paraphrenitis eandem, ſed quodammodo
deſiderat medendi methodum.

p. 280. *Diſp. VII. de haemorrhagia vteri*,
Gottingae, 1771. ab *I. Burgaver.* Etſi
omnino non poteſt, a variis ſcriptoribus
de ſanguinis ex vtero profluuiis ſaepenumero
pertractatam, tamen, quo minus ſuperuacan
atque inutilem hunc Cl. Auctoris libellum
mus, tum rerum, argumenti illuſtrandi
dequaque collectarum copia, tum accurati
dem diſpoſitione prohibemur. Etenim

propoſuit, ſiue cauſarum, quae huius virgi-
, grauidarum et puerperarum morbi ortum
uant, ſiue ſymptomatum, quae cum eo con-
ta ſunt, catalogum ſpectemus, ſiue rationalem,
ſuadet, conſideremus medendi methodum,
omnino comparata ſunt, vt velut exemplar,
od immitatione dignum ſit, Lectoribus Noſtris
mendari mereantur.

Diſp. VIII. ſiſtens de dyſenteria analecta prac- p. 319.
, defenſa Gottingae, 1768. ab *A. I. Götze.*
nfirmari hac diſputatione ea videmus, quae nu-
celeberrimi viri, ZIMMERMANNVS, TISSOTVS,
de inteſtinorum difficultate, morbo velut
imo, cognita nobis reddiderunt. Quo qui-
morbo Cl. Reſpondens, qui ſe Auctorem fa-
, laborauit, atque adeo, quae enarrauit, par-
Ipſe eſt expertus.

Diſp. IX. de alienata bilis qualitate, vbi viri- p. 365.
ſit aluo excretorum, aut vomitu reiectorum color,
poſita Gottingae, 1767. ab *I. M. Stark.* Etſi
tilis potiſſimum aetas, quod acido in primis
haerente haud raro abundet, viridem materiam
ore, et aluo excernit, variae tamen morborum
ecies, velut phrenitis, hydrophobia, aliaeque
biles et neruoſae affectiones, quibus adulti ho-
nes ſolent affligi, cum huiusmodi excretionibus
iunctae deprehenduntur, quamuis nullum ad-
erit acidi indicium. Hinc neque in infantibus,
i, cum torminibus, ſpaſticiſque neruorum con-
ctionibus corripiantur, deiectiones, vomitusque
ridi colore conſpicuos excernunt, de latente aci-
o ſemper oriri debet ſuſpicio, ſed ſaepenumero
laceſſiti a minus cognito ſtimulo neruoſi ſyſtematis

comites exiſtimandi ſunt. Repeti autem [illegible] haec excretorum mutatio, ſi ingeſta ad eam [illegible] cendam nihil quicquam contulerint, a mutata [illegible] indole, quemadmodum materiei vomitu re[illegible] amarities, deprehenſa in fellea funerum cy[illegible] eiusmodi bilis, aliaque argumenta euincunt; va[illegible] vero a quodam abſcondito humorum acido hi[illegible] lis color ſemper deriuandus ſit, an potius ob[illegible] tum vel ſanum, vel vitiatum neruoſum fluid[illegible] hanc mutationem efficiat, Noſter definire [illegible] audet.

XI.

Diſputatio inaug. de borace ammoniacali, qu[illegible] Praeſide P. I. HARTMANNO, pro Doctoris [illegible] du tuitus eſt. Reſp. *C. F. Sturz.* Traiect[illegible] Viadrum, CIↃIↃCCLXXIX. 4. plagg. 6.

Varia Cl. Auctor inſtituit tentamina, quibu[illegible] ram ſedatiui ſalis naturam atque indole[illegible] clarare, aliorum vero chemicorum de hac re [illegible] niones refellere annititur. Etenim cum et pro[illegible] et aliorum obſeruatis fuerit edoctus, neque ſal[illegible] neque vitriolicum acidum illi producendo [illegible] ſeruire, opinatus eſt, Cl. BAVMEI praeſertim [illegible] rimento niſus, pinguedinis animalis acidum fu[illegible] cuidam terrae nuptum huius ſalis mixtionem [illegible] ſtituere. Quam ob rem, quo certior de hac [illegible] fieret, libram depurati decocti argillae albae [illegible] dimidia vncia acidi pinguedinis animalis co[illegible] ſcuit, eamque in vitrea concha probe tecta q[illegible] loco expoſuit. Iam, cum per duorum, et [illegible] excurrebat, menſium ſpatium quieta perma[illegible] haec mixtura, in fundo conchae micacei col[illegible] cryſtalli, eaeque tenerae, quarum copia in [illegible]

ior enadebat, conſpiciebantur, quas aliquot die- poſt a liquore ſeparauit, atque exſiccauit; um vero liquorem lentiſſime in vapores egit, que ratione aliquot eiusdem generis cryſtallos exigua pulueris albi et tenerrimi copia com- tas obtinuit, quae cum prioribus pondus ſex chmarum, ſcrupuli vnius et granorum ſex con- uebant, omnibuſque ſedatiui ſalis characteribus nt conſpicuae. Terra, quae remanſerat, cum riolico acido partim, vt Cl. BAVMEI vtamur dicen- ratione, in vitreſcibilem, partim in calcaream ab- ſelenitem, hinc colligit Noſter, *ſedatiuum ſal ſelenitem vitreſcibilem, pauco ſelenite calcareo in- tum, atque animalis pinguedinis acido ſaturatum.*

Quod vero ad ipſum *ammoniacalem boratem* et, eum Cl. Auctor ita parauit, vt vnciam ſa- lcali volatilis ſicci, ex ammoniaci et tartari ſalis iunctione ſublimando parati, in ſufficiente aquae ſtillatae ſimplicis quantitate ſolueret, eique ae- lem portionem ſedatiui ſalis lotione ab omni no acido depurati admiſceret; quo facto ſolu- em leniſſimo calore ita coërcuit, vt in cryſtallos et, quae, etiamſi polline videbantur conſperſae, ae tamen erant, nec in puluerem dilabebantur. erum in aqua hoc medium ſal facile ſoluitur; gne vero et ſerius, quam vulgaris borax, liqua- , et minus quoque intumeſcit, tandemque in griſeum, pellucidumque vitrum, quod libero i expoſitum puluerulentam faciem aequirit, con- titur. Virtutes huius ſalis eſſe antacidas, ab- rgentes, reſoluentes et leniſſime ſtimulantes oſter arbitratur, easque breuiſſimis aliquot mor- orum eo ſanatorum enarrationibus demonſtrare laborat.

XII.

XII.

Dr. IAC. CHRIST. SCHÄFFERS *E. H. E. M*
Conſeniors und des Conſiſtorii Aſſeſſors, Sr.
Mag. zu Dännemark Raths und Prof. etc.
bildung und Beſchreibung des Mayenwurms
Als eines zuverläſſigen Hülfsmittels wider
len Hundebiß. Nebſt einer ausgemahlten
Regensburg, verlegts Iohann Leopold M
1778. 4. 20 *Seitt.*

i. e.

IAC. CHRIST. SCHAEFFERI delineatio nec
deſcriptio Melois maialis, cuius vſus co
hydrophobiam commendatur cet.

Cum ad Cl. Auctorem, qui horum vermium
mam, iam in opere ſuo entomologico
tradiderat, ſaepius litterae mitterentur, in
de communicanda iſta tabula ageretur: pro
ſibi vermes hos ſpeciatim edere, vt omnibus
ret ſatis.

Refutatis FRISCHII argumentis, ver
hunc ad coleopterorum claſſem merito refer
eſſe arguitur. Neque FRISCHIO ſubſcribi
Meloen proſcarabaeum et *maialem*, colore di
tes, pro varietatibus habet. Aprilis ac Mai
ſes ſunt, in quibus vulgo obſeruantur. In
pratis, graminis cauſa, quo veſcuntur, v
lent. Solis calorem, ipſis infeſtum, ſubterf
quare mane modo ac veſperi leguntur. De
cognita ſatis, vix quicquam dicemus, an
ex vndecim articulis compoſitas, ſerpentino
neque ad rectam lineam, vt vulgo fit, dum re
gerere ſolent. Corpore ipſorum tacto, ſu
effluit luteus, non certo ac definito, verum in

potius loco. Succus hic in morbo hydropho- vtiliſſimus fertur, et defenſionis cauſa a ver- us elici putatur. Iam vermis cuiusdam conge- is fecit mentionem, qui thorace obuerſe ouato, risque totum abdomen tegentibus, a priori- differt.

In altera libri parte, ſuper remedio ex vermi- p. 11. parando actum eſt. Boruſſorum Rex iſtius itiam a ruſtico quodam Sileſiaco hauriri cura- Cum ſuper hac re adhuc nihil Lectoribus No- s communicauerimus, officium noſtrum eſſe puta- us, praecipua ex remedii deſcriptione excerpere. linendum eſt in colligendis vermibus, a digito- n vſu, emittunt enim ſuccum, de quo modo dixi- , cui plurimae inſitae cernuntur vires, his itaque ulum ſubſtitui ſuadetur. Capvt ipſis forfice cindendum, illudque remouendum, corpus vero melle repleto mandandum, vtuntur, quando unt vermes, mellis quarta menſurae Beroli- is parte, et vermibus circiter ducentis. Vni- a vero remedii formula eſt haec ℞. Meloes ma- melle conditae No. 24. Theriacae Andr. ℥ij. i Ebeni ℥ij. Rad. Serp. virg. Raſur. plumbi ana Agarici Sorbi gr. 20. Mellis q. ſ ad conſiſtentiam uarii parandam. Theriacae Roob Sambuci po- ſubſtitui. Vermes conditi reliquaque ingre- tia priusquam miſceantur, ſunt diſcindendi, quod ſe facile intelligitur. Addita eſt tabula in quo is remedii definitur. Propinetur vero infanti us vel duorum annorum gr. 24. vel 20. trium ad que annorum gr. 30. vel 26. ſex ad decem anno- 40. gr. vel ʒß. duodecim ad viginti annorum ʒj. gr. 50. vſque ad trigeſimum annum ʒjß. vel ʒj. gr. vſque ad octogeſimum annum ʒij vel ʒiſß. ior dotis maribus poſterior feminis conuenire dicitur.

dicitur. Abſtineat aegrotus 24 horas a cibo
12 horas a potu, dein ſiti nimium vrgente
calido florum Sambuci vtatur, maneat in co
tepido, vel in lecto, quo tranſpiratio promo
Induſium, quo adhuc erat veſtitus, cum c
calidoque mutetur, idemque cum lecti p
ribus fiat. Vulneri eloto cum aceto vini vel
viſiae ſalito, vnguentum baſiliconis, vel buby
ſalitum vel oleum ſcorpionum aut meloës m
(deſtillatione paratum) ſuperimponatur. Si
pars quaedam contuſa modo fuerit, tunc v
torium adhibeatur, et modo dicta ratione in
qua ſanatione procedatur. Abſtineat ſanio
ſtituta, a quavis re nimium aeſtuante. Ceterum
remedio caute eſſe vtendum mònere nos opor

XIII.

**Speculations and conjectures on the qu
of the nerves. By SAMVEL MVSG
London, 1776. 8. plagg. 6 *).**

i. e.

**SAMVELIS MVSGRAVII contemplatio ner
morborumque inde pendentium.**

p. 3.

In praefamine libri eorum refutauit opin
qui in explicandis medicinae theorematib
perimentis ſunt vſi. Probauit nimirum ſan
poſſe, vt certa atque firma conamina a me
ſtituantur, quoniam vires remediis inſitae
minimeque conſtantes reperiantur, et quoni
verſorum corporum humanorum proprie
diſcrepent, vt ab vnius natura, ad alterius
tionem, omnibus numeris abſoluta conclu
nequeat. Dein, expoſita obſcuritate doctri

*) Germanicam verſionem v. paulo infra in
ſcriptorum.

nis obruente, materiam libri paucis enarrauit. poſuit vero ſibi Cl. Auctor demonſtrare, ſin- orum morborum cauſam primam, in neruis la- , hosque ipſos reliquis partibus prius ſanari. ad explicandam hanc ſententiam in praefa- ne propoſuit, omittimus, cum in tractatione verius repetantur.

In prima libri ſectione de neruorum in ſan- Sect. I. is motum imperio egit. Statuit vero neruo- actionem quamuis ad ſanguinis circulum mu- lam aliquid conferre. Ab irritatione nempe oſa viuidior, a relaxatione vero imminutus pen- videtur ſanguinis circuitus. Phaenomenis rem dilucidauit, et ab vniuerſi ſanguinei cir- conſideratione incepit. Proficiſcitur hic a cor- muſculoſi conſtrictione, quae a neruorum im- pendet: atque ſuſtentatur muſculorum arte- rum, a neruis ſtimulatorum, motu, in quibus gulos fere naturae ſcrutatores habet conſentien- Dein ad venoſi ſanguinis contemplationem ſit, in quo mouendo nerui quoque praeſtare ntur, ſaltim penis erectiones, et rubor pallor- faciei hoc docere Ipſum videntur. Agunt ve- nerui et conſtringendo et relaxando venas, prius os integros vacuos reddit, ſanguinemque ex eris efflui non ſinit, vt in epilepſia; poſterius os venarum maiores ita diſtendit, vt minores uli venoſi ſanguine non irrorentur, vt in lipo- mia. In eadem venarum per neruos relaxatio- cauſa palleſtis a terrore, atque hippocraticae rientium faciei poſita eſt. Tumor pedum vero ſt pediluuia ortus, a venarum contractione, ne- vt vulgo putatur, ab ipſarum conſtrictione det. Habet quidem haec de venarum relaxa- ſententia multum probabilitatis, nobis ta-

men,

men non omnino probatur, quod non re
cipiamus cauſam, quae ramos minores ve
ex arteriis ſanguinem haurientes, eodem
Et nonne naturae magis reſpondet eorum
tia, qui in arteriis ſpaſtice conſtrictis, horum
nomenorum cauſam quaerunt?

Sect. II. In altera libri parte, ad ſedem caloris
progreditur. Haec vero Noſtro neque in
ſanguinis inteſtino, neque in attritu ſangui
vaſorum, verum potius in calido quodam,
innato, quaerenda videtur. Priori opinioni
ſanguinis e vena miſſi, ſenſimque imminutu
ris gradus repugnare videtur. Poſteriorem
ſententiam; variis refelli poſſe argumentis
tur. Huc 1) pertinet non auctus aquae in
plumbeo motae calor, (hic motus vero
venire prorſus nobis videtur cum ſanguinis
motu, primo enim aquae eae deſunt parti
quae calori maximopere fauent, deinde
eſt in plumbeo canali ſeſe contrahendi pot
quae tamen premendo ſanguinem, haud dub
lori gignendo anſam commodiſſimam prae
non proportionata, in omnibus animalibus,
ris atque celeritatis ſanguinis mouentis ra
auctus a ſtaſi ſanguinis calor (qui procul dub
aucto niſu vaſorum obſtructorum ſeſe contra
incitatur), 4) horror orgaſmum ſanguinis co
et calor poſt mortem remanens. Suae ſen
vero conuenire videtur calor a dolore, ab
commotione, a nimio frigore, quae res nerv
ciunt, ortus.

Sect. III. In tertio articulo humorum nimia nerv
irritatione corruptorum exempla leguntur.

ex morborum externorum classe sunt petita, quaedam tamen ex animi affectuum historia sunt sumta. Causa crustae inflammatoriae, quae in sanguine statim post sectionem e vena misso, in continuatione deficientis, obseruatur, in neruis irritis a Nostro quaeritur.

In quarto libri segmine, hydropem a neruis p. 49.
fectis oriri, argumentis sequentibus probare annitur. Dicit nimirum, huic malo neruosos morbos praeire, quorsum relatae sint febres, colicae affectiones, diarrhoeae, viscerum obstructiones, a neruosorum abusu excitata neruorum debilitas, phagricorum dolorum vehementia, venenorum deficientium, vt cicutae abusus, mania, vertigo. Verum enim vero, non ex neruosis affectionibus istum malum hoc oriri solet, verum neruosi varii ipsum quoque saepius succedunt. Hi sunt dores vagi, epilepsia, coecitas, mania. Probabiporro redditur Cl. Auctoris sententia, hoc, quod am sub cute collectam, ex vno in alterum locum fire saepius videamus, cui argumento, analogia abscessuum generatione, in qua de neruorum one, vix quisquam dubitabit, subuenire videtur. mum argumentum, a diuersis medendi methoest arcessitum, huc inunctiones partium exter, opiique vsus, pertinet. Multum ad suam entiam firmandam contulisset, si de methoqua nerui hydropem efficiant, aliquid dixif, haec enim profecto, difficilis est indaginis estio.

In quinto capite ostendere studuit, omnium p. 63
orborum causam in neruis esse quaerendam. Hoc rtim ex rebus modo probatis apparere Ipsi vide, partim ex hactenus incognitis variorum mor-

borum cauſis, atque ex analogia cum iſtis
quorum cauſam in neruis quaerendam eſſe
appareat. Prioris aſſerti cauſa, recenſet
adhuc celebratas morborum conditiones, vt vi
obſtructionem, quae non ſolum ſecundum ſuam
tentiam rarius occurrit, verum etiam a nerv
irritatione pendere videtur; deinde humorum
ſolutionem putridam, haec propterea minus
quens morborum cauſa Noſtro videtur, quod
ipſa, quae putredini plurimum reſiſtant, corpori
luti obſint, et quod ſanitas amiſſa haud raro
modi rebus reſtituatur, quae putredini gigne
ſint idoneae. Diſſeruit deinde de poſterio
tentia, plurimos nimirum morbos a neruo
fectione corpori communicari. Huc cont
mala quaelibet, vt febres putridae, ſpectant,
bi porro a frigore, a venenis, orti; poſterio
neruis latere ex eo apparet, quod interdum
interdum tardius corpori noceant, miasma
que venereum atque varioloſum ad horum cl
eſt relatum.

p. 74. In ſexto libro declarauit Cl. Auctor, m
menta omnia neruina eſſe, quod partim h
rum remediorum, quae in minima doſi ſunt
cua, partim analepticorum exemplo demonſt
quae ab initio vtiles viſa, poſtmodum morbo
do non ſufficiunt. Deinde ad medicamen
externorum contemplationem tranſiit, quo
emplaſtra, epithemata, odoramenta, ſimiliaque
tinent, quae ſingula neruos ſtimulando, co
ſalutaria fiunt.

p. 81. De animi in mutando corporis ſtatu effica
vi, in ſequenti ſegmento diſſerere pergit. Dicit n
rum, cauſas materiales atque intellectuales, eo

nd infrequenter excitare effectus, morbi sequen- aliunde oriri soliti ab animi affectu, saepe pro- euntur, fracta nimirum concoctio a moestitia, ris ab ira, mors a nimia animi perturbatione. Ne- e desunt exemplа morborum a causis intellectua- s sanatorum, huc ebrietas, odontalgia, podagra, cis lenta per terrorem sublatae referri possunt.

In vltimo capite generaliores regulas sistit, in p. 86. ndis morbis neruosis attendendas. Dixit ni- um, irritationem neruorum morbosam duplici oe tolli, quarum alia nerui laxentur, alia denuo ntur. Ad priorem classem v. g. aluiductiones, , fomenta, epithemata, vnguenta pertinent, osteriorem vero omnia neruis sensoriis qua- ntione molesta. Recensuit exemplа vario- irritantium, vt vesicatoriorum aliorumque ium, quae sua irritatione priorem tollant. Per- ad haec opium quoque cortexque Peruuianus.

XIV.

reatise on the medical qualities of mercury in three parts. I. On the natural properties of mercury and its operation in the animal oeconomy. II. On the principal prepara- tions of mercury. III. On the medical qua- lities of mercury in various diseases. By N. D. FALK M. D. Lond. 1776. 8. pagg.

i. e.

D. FALK tractatus de usu medico mercurii tribus sectionibus, quarum prima attinet na-

*) N. D. FALK *von den Queckſilber und deſſen Kräf- ten bey verſchiedenen Krankheiten. Aus den Eng- liſchen überſetz. Leipzig*, 1777. 8.

turales proprietates mercurii et eius
rationem in corpore humano, ſecunda
plectitur praecipua praeparata mercuria
tertia ſpectat vſum mercurii in variis mor

Sect. I. Arbitratur Cl. Auctor, hydrargyrum in
humoribus, tam in ſuo metallico ſtatu,
ſolutum in iis, eſſe poſſe; effectum vero ſali
nis ab eo pendere, quod ſolutum ſit in noſtris
moribus et antequam haec ſolutio fiat, hydr
rum varias oportere pati mutationes. Alibi *)
de morbis veneriis agit Cl. Auctor ac inprimis
dularum, demonſtratum eſt ab Eo, corpus co
ex meris paruis glandulis, illudque vt vnam
nam glandulam conſiderari poſſe ex multis
glandulis compoſitam, quae omnes peculiares
mores ſecundum ſtructurae ſuae diuerſitatem
nant et coniunctim corpori alio atque alio
auxilium ferant. Quemadmodum hoc fit in
corpore, ſic fieri putat Noſter quoque in mor
Glandulae ſaliuales ſunt laxiores et eorum vas
pliora, quam omnes reliquae. Quapropter
videtur Noſtro, in iis facile ſaliuatio efficitur
autem prorſus non fauet. Mercurius dul
calomel rite praeparatus, a Noſtro praefertur
quis praeparatis mercurialibus, illique addit
rium rubrum praecipitatum et ſublimatum
ſiuum. Reliqua mercurialia, partim plane
partim magis curioſa, quam vtilia et certa,
iudicat. Quapropter ea hic mittit et nonnull
modo obiter mentionem facit. Antequam
mercurii egregium vſum Cl. Auctor laudat, a
valde vituperat.. Calorem iis, qui vtuntur
rio, diligenter ſuadet. Igitur aeſtatem hy

*) vid. indic. ſcriptorum in comm. noſtr. Vol.
p. 729.

ma calidius frigidiori Noſter praefert cet. Mer-
rium crudum interne non exhibet Cl. Auctor.

Purificatio hydrargyri optima eſt per deſtil- Sect. II.
ionem et quidem in vaſis ferreis, in quae illud ni-
efficit et quae non frangunt. Cinnabari facti-
e antiſpasmodicam virtutem tribuit Noſter, et in
orbis inflammatoriis, ob ſedantem et temperan-
ſuam vim, eius vſum ſuadet. Mercurii dul-
quem valde laudat, granum vnum, vti Noſter
ertus eſt, maius affert commodum, quam drach-
ma. Praeterea vero vrget Noſter, crebram ab-
ionem mercurii dulcis, aqua, quacum terendus
pe ille eſt tam diu, dum in puluerem tenuiſ-
um fatiſcit ita, vt aquae ſupernatet. Poſtea
tam ſaepe eſt mutanda, quam ſeparatio par-
rum crudarum poſtulat, et tum demum ad
ille mercurius ſiccetur. Ita non ſolum pu-
ſit mercurius dulcis, ſed omni acredine, forte
ublimato relicta, orbatur. Sequuntur annotatio-
ſuper puritatem et mangoniſationem mercurii,
ita grauitate ſpecifica mercurii et eius praepa-
rum cet. In verſione Germanica, cuius ſupra
ionem fecimus, reperitur tabula praeparato-
mercurialium.

His praemiſſis, Noſter de effectibus multis ſa- Sect. III.
ribus mercurii in variis morbis agit. Cauſae
orborum licet inter ſe multum differant, tamen
ſunt vnum eundemque effectum, h. e. eundem
orbum producere. Hae enim neruoſum ſyſtema
rbant, quod per ſuum influxum in humores cor-
is humani eos corrumpit et acredinis origini oc-
ionem praebet. Quapropter morbi modo re-
ectu partis, quae potiſſimum patitur, et ſecun-
um varium eorum effectum in corpus humanum

gaudent diuerſitate. Omne auxilium, quod [illegible] dica fert, cernitur in deſtruenda acredine [illegible] naturali, quaé ineſt corpori, reliqua cadunt [illegible] turam. Morbi multi vno remedio poſſunt [illegible] Pauca itaque remedia ſufficiunt ad artem [illegible] faciendam et inter haec refert quoque Noſter [illegible] curium. In cutaneis morbis a ſcabie [illegible] ſummum leprae gradum, ſit venerea ſeu [illegible] materia, ſuadet mercurium praecipitatum [illegible] rubrumve externe et interne calomel ad [illegible] niam temperandam et deſtruendam. Et [illegible] prima claſſis morborum cutaneorum, altera [illegible] eos, in quibus miaſma ſub omni cute latet. [illegible] hic praefert viuum mercurium aliis eius [illegible] tis, quoniam magis penetrat. Huc refert [illegible] ſter gummata cet. Tandem laudat ung[illegible] externe applicatum haemorrhoidibus coec[illegible] dolentibus cum cito et egregio fructu ſe[illegible] ℞. Raſur. Stann. opt. Argent. viv. aa. dr. ij. [illegible] Amalgam. cui adde mercurii praecipitati rub[illegible] tiliter pulueriſati dr. ij. Pomat. Roſat. vnc. j. [illegible] ſential. Menth. Piperit. gutt. XX. M. F. Vngu[illegible]

Inflammatione omni praeſente, eo po[illegible] eſt reſpiciendum, vt ſpaſtice contractae ſolid[illegible] tes relaxentur et humorum ſtagnantium acred[illegible] rigatur. Atque hic pariter commendat Noſ[illegible] curium. In ſphacelo, in ſenibus potiſſimum [illegible] cilentis ob humorum malignitatem ſuper[illegible] laudibus extollit ſequens externum rem[illegible] ℞. Mercur. ſubl. corroſ. ſcr. ij. Tinct. Cort. P[illegible] HUXHAMI vnc. IV. Aether. Vitriol. vnc. ij. [illegible] menth. piperit. dr. ij. M. Porro in vlceribus [illegible] ſuadet Noſter mercurialia, nec non ſcroph[illegible] iuuat mercurio, quos tractat, vti venereos.

Hactenus de externis morbis egit Noſter, [illegible] de internis videamus. Vſum mercurii vero [illegible] tera[illegible]

rum, multo maioribus difficultatibus esse subie-
um, quam externum, Noster non inficiatur. Sedes
um morborum internorum saepissime dubia, mo-
humorum diuersitas eorumque varietas, aëris
ferentia, in vniuersum corpus influentis et e cor-
re omni in genere effluentis, dein ex pulmoni-
et in pulmones in specie, viscerum functiones
gulares eorumque connexio et sympathia, ner-
um peculiaris actio pro diuersitate partium eo-
que consensus cet. his difficultatibus admodum
iunt. Inde intelligi potest oeconomia corpo-
et diiudicari mixtio morborum eorumque simi-
o, primo vero intuitu morbi vel per se, vel
partes corporis, vbi est eorum sedes, adeo
distincti videntur. Communicat igitur No-
hic suas obseruationes, ac primum quidem, quae
ant febres. Harum classis est tanta, vt
es omnino in se capiat humani corporis mor-
, quibuscum sensatio dolorifica est combinata.
cripsit Noster hanc classem febrium in tria ge-
, quarum primum persequitur febres symptoma-
, alterum complectitur corruptionem s. maligni-
m humorum, et tertium repetit Noster a conta-
. Per hanc simplicem quidem diuisionem febrium,
t multas subdiuisiones efficere, attamen prae-
iis sepositis et praeternaturalibus effectibus
ium diligenter disquisitis, ratur Noster, eas tam
iptomatum, quam medendi methodi ratione
de parum inter se differre.

Item haec ipsa differentia non a causis, sed
ius a varia corporis constitutione et symptoma-
bus est deriuanda. Essentiale omnium febrium
dolorifica irritatio seu stimulus neruosi systema-
, quippe quo cor et eius vasa fluida ita mutantur,
t organis secretoriis noxia euadant. Inde autem
oeconomiam corporis totam ita perturbari necesse

eſt, vt illud de ſanitate, quid quod de vita, p
tetur. Porro in cuiuſcunque generis febre ſa
ad haec tria potiſſimum reſpiciendum eſt: 1) ad
ſticam contractionem fibrarum neruoſarum re
re, 2) obſtructionibus ſubuenire, 3) et acrimo
corrigere. Hoc praeſtat mercurius ideoque
ſin omnium remediorum efficere debet, quo
ope acrimonia, ſanitati et corpori noxia, elimi
eſt. Vrget duos potiſſimum errores, quos fe
bus medentes ſaepe committunt, temerarias e
conſideratas nempe venaeſectiones et ſudori
rum abuſum, atque mercurii vſum tam extern
quam internum, praefert Noſter. E. gr. loco
naeſectionis, hirudinum, et veſicatoriorum, ext
impoſuit temporibus et carpis (ſuadet interdum
capiti) vehementer delirantis emplaſtrum m
riale cum felici euentu, exhibito inſimul in
mercurio. Venit tandem Noſter ad chro
morbos, quos in duos claſſes diuiſit, qui
tim ab acrimonia humorum, partim a viſci
et tenuitate eorum pendent, habita inſimul
dorum ratione. Et iis conducit mercurius: a
arthritidem, calculum renum et veſicae, Noſt
curauit. Sed tamen fatetur quoque non fuiſſe
inueterata mala, eaque non in ſummo gradu.
iuuat mercurius ſcrophuloſos et ſcorbuticos.
buticis quoque bene conueniunt exhalatione
malium recens mactatorum et aceti vapores.
diſponens cauſa hydropis in vniuerſum cernit
debilitate vaſorum lymphaticorum, quae, vt N
ſtro videtur, potius a reſpiratione impedita,
ab alio viſcere laeſo, pendet in hydropicis. M
mus hanc Noſtri ſententiam, quam cum No
adhuc obſcuram putamus, et de triplici hydro
medela videamus. Ac prima quidem cernitur
reſtituenda exhalatione et renouatione aëris in

is humoribus contenti: secunda constat in iusta
dicitate fibris debilitatis reddenda: et tertia re-
cit viscidorum et acrium humorum correctionem.
plici autem huic medelae hydropis respondet
curius, cautione adhibita, item addere hic opor-
, Nostrum experientia sua edoctum, ea specie
dropis, quem mercurius non iuuat, omnia reli-
medicamenta prorsus quoque esse superuaca-
. Denegatur iis aegris potus, et id tam crudele,
rationibus destitutum Nostro videtur, quin
is suadet potum antisepticum, qui copiose in-
tur. E. gr. ℞. Rad. Petroselin. rec. Mell. rec.,
nc. III. coq. c. Aq. comm. unc. XVI. Colatur.
Nitr. depurat. unc. j. mercur. sublim. corros.
, Vin. Canarienſ. et Sacch. alb. q. ſ. ad grat. ſa-
M. Hydatides potissimum inueniuntur in par-
genitalibus sexus sequioris e. gr. ouariis e. ſ.
Conqueruntur feminae tum non raro de dolore
ſ. utriusque lateris sub vmbilico, et hic dolenti
emplastrum mercuriale non saepe frustra appli-
. Interdum ita vel sterilitati succurrit Noster.

Sed sufficiant haec. Nec diffitemur quidem
a cum voluptate hunc librum nos legisse,
multa lectu digna eaque interdum vere noua,
erientia Nostri prudenti et cauta confirmata,
e contineat; attamen dubitamus, quemlibet
dicum Cl. FALK vbique, e. gr. in febrium me-
, facile esse imitaturum. Quapropter magna
tio, quam iure meritoque Cl. Auctor Ipse postu-
, hic est adhibenda, et a nobis quoque maximo-
re suadenda.

XV.

XV.

ED. SANDIFORT obſeruationes anatomico pa
logicae. Liber ſecundus L. B. 1778. q
P. v. D. Eyk et D. Vygh. 4. c. tabb. aen
pagg. 164.

Libro harum obſeruationum primo *) a nobis
dicato, inſtituti huius vtilis cum dederimus
tionem, ad ſecundi progrediamur ſummam
viter cum Lectoribus communicandam.

p. 1. 1) *De vtero grauido.* Nominatis variis
ctoribus, qui in hanc rem inquiſiuerunt, Cl. S
FORT ſuas propoſuit obſeruationes atque icon
potiſſimum ideo illuſtrauit, quoniam pluriman
exſtant vteri grauidi tabulae, eundem extra co
extra naturalem proinde ſitum ſiſtunt, aut tanto
tificio paratae ſunt, vt maximo diuendantur p
nec quiſque eas facile ſibi comparare poſſit.
Noſtri vero iconibus hic additis paruis licet, ſed
tes omnes ſic exhibentibus, vt relatiuus ſitus
pateat, ea, quae ſcitu neceſſaria ſunt, diſci
modo valere Noſter arbitratur.

p. 16. Multa in hoc caſu eſſe, quae attendi et
merentur, atque, vti a Noſtro hic factum,
cum aliis obſeruationibus comparari, facile in
gitur ex ſitu et figura vteri, ſede et nexu pla
numero membranarum ouum formantium,
ris amnii natura, ſitu fetus, vteri craſſitie et p
dilatatione, quae quidem omnia a nobis ſeorſim
non poſſunt repeti. Fallaciam in definiendis gra
tatis menſibus partim ex ſuo exemplo, partim
aliorum obſeruationibus Noſter largitur.

2)

*) v. comm. noſtr. Vol. XXII. p. 462.

2) *De obliquitate vteri, praeternaturali orificii fuae conſtitutione et tubis Fallopianis penitus occlu-* p. 57.
Obliqui ſitus cauſſas alias atque alias eſſe poſſe, ibi *) iam Noſter demonſtrauit. Hanc vteri ob-quitatem Cl. Auctor vidit in mulieris cadauere, quod nullum omnino praegreſſae grauiditatis ſig-um exhibuerat. Eius vagina praeter modum an-gusta et contracta, vterus valde paruus, ligamen-um latum dextrum breuiſſimum, ſiniſtrum longiſ-ſimum; hinc tantus erat obliquitatis gradus, vt de corpore vteri nihil omnino media in pelui conſpi-eretur. Ouaria parua et tubae firmiter clauſae.

In alio cadauere ſiniſtrorſum obliquus erat p. 57. terus. Latum ligamentum dextrum longiſſimum, ſiniſtrum breuiſſimum. Tubae, ouaria cum vtero huic cum viciniis ſic concreta erant, vt nec diſtin-gui, nec ſeparari, potuerint.

In alio cadauere inclinabat ſeſe vteri fundus p. 58. ad ſinus dextrum latus immobilis, ob inaequalem li-gamentorum longitudinem et ob quoddam liga-mentum ſupernumerarium cet.

Plenam orificii vterini obliterationem Noſter p. 66. non vidit, ſummam vero eius coarctationem. Et ille eius magnitudine et craſſitie erat notabilis cet.

Tubas in extremitatibus clauſas vel in liga- p. 73. menti ſpeciem mutatas Noſter reperit in vtero fe-minae, quae pluries peperiſſe videbatur. Variis p. 75. huic de re additis monitis, probabilis maxime reddi-tur adſcriptus hodie tubis vſus, in eo ſitus, quod tempore coitus ex ouariis ad vterum foecundum transmittant ouum, cui opinioni viſa tubarum ad ouaria contorſio, fetus in tubis reſidentes, ſimilia-que anſam dederunt.

3) *De ouo humano abſque vllo fetus indicio et placentae in hydatides degeneratione.* Ouo hoc de- p. 76.
ſcripto

*) v. comm. noſtr. Vol. XXII. p. 469.

ſcripto et iconibus illuſtrato, aliorum obſervatio
huc pertinentes diligenter Noſter perſcrutatus
inter quas Cl. BVRDACH *) obſeruationem quo
deprehendimus. Hydatides hic ex vaſis oriri
minem negare poſſe Noſter ratus eſt.

p. 90. 4) *De placenta duplici; rariori funis umbili-
lis cum illa nexu; veris nodis in fune viſis.* Com-
rato hoc exemplo cum aliis**) vtilitatem huius
ſeruationis in arte obſtetricia Cl. Auctor oſten-

p. 100. „Caueant a rudiori velamentorum laceratione
ſummum ex diſruptis, ſi tali modo per velamen
diſpergerentur, vaſis enaſciturum periculum. C
veant, ne, nato iam infante, funem adtrahant,
centam producturi, cum facillime abrumpi
et in vtroque caſu rem potius naturae comm
ſibi plerumque ſufficienti.„

p. 106. 5) *De rudiori placentae protractione indu-
ta lethali matricis inflammatione.* Secto cadaver
ri et vicinarum partium inflammatio in conſpec
veniebat. Vterus erat inſignis magnitudinis,
oſtio aperto gaudebat. Placentae vi euulſae p
partim in putredinem verſa erat, partim ita a
rebat, vt ſeparari nequiret cet. Ex hac obſerva
potiſſimum intelligitur, poſſe ita ſuppreſſionem
nae oriri, item continuo lotii ſtillicidio pra
magnam quantitatem ineſſe valere veſicae. N
ope catheteris inſignis nihilominus ingens v
copia euocabatur in hoc exemplo.

p. 115. 6) *De anchyloſi oſſium pubis.* Deſcrib
iconibus illuſtrat hic Noſter exemplum, anchy
pubis oſſium oſtendens et exoſtoſes. Anchy
c

*) v. comm. noſtr. tert. decad. Supplem. I. p. 80.
**) v. ib. p. 189. ſqq. et Vol. XX. p. 611.

m Cl. GAVBIO adeſſe dicit Noſter, cum articuli p. 118.
abrigeſcunt, vt eorum motus prohibeatur. „In-
minata cum ſacro ſic confluxerunt, vt nullibi ſpa-
m intermedium detur et nexus adeo firmus ſit,
vnum idemque os formare videantur; oſſa vero
ubis, ab anteriore ſeparata, a poſteriore ſeu inte-
re cohaerent, deperdita quaſi cartilagine omni.
conſtituit itaque haecce peluis vnicam maſſam oſ-
m cet.„ Viri peluim dum deſcribit Noſter, nihil
erius inde concludit, licet in pelui muliebri etiam
ile vitium detectum ſit.

7) *De numero diuerſarum partium ſolito ma-* p. 125.
Bis venam, ceterum ſine pari, duplicem No-
vidit. Hepatica et lienalis arteria, diſtinctis
is, ex aorta originem duxit. Duplex adfuit ſper-
tica in quoque latere, duplex in ſiniſtro. In
chiales arterias binas ſeceſſit ſubclauia dextra.
ſus pancreaticus duplex cet. Ren dexter femi-
duplici pelui et vretere inſtructus, cuius icones
additae.

8. *De vaſe chylifero.* Eius principium in fe-
gaudebat inſigni capacitate et longitudine, ſic
lla craſſitiem digiti medii, haec pollicem ſupera-
cet. Vas chyliferum ex capaciſſima cyſter-
ortum, per thoracem adſcendens, verſus ſini-
um latus recedens, anſam formabat, ramis ite-
m ad ſe accedentibus, tum vero in quatuor finde-
tur ramos, binos maiores, totidemque minores
i omnes diſtinctis oſtiis in vena hiabant. In alio
rpore, vti ALBINVS *), ductum fere obſeruauit
SANDIFORT.

Atque ita figurarum explicatione, indicibus-
capitum et rerum additis hic liber ſecundus
itus eſt.

XVI.

*) v. comm. noſtr. Vol. VIII. p. 260.

XVI.

Primae lineae ſemiologiae pathologicae. [illegible] MANNI BOERHAVII viri ſummi inſtitutio[illegible] ſemioticas auxit et praelectionibus acade[illegible] cis accommodauit D. HENRICVS FRIDERIC[illegible] DELIVS Conſiliar. Intim. Aul. Brandenbur[illegible] Medic. Prof. Primar. Acad. Imper. Nat. C[illegible] Adi. Societ. Scient. Monſpeliens. et Rhot[illegible] Sodal. Erlang. a Frid. Andr. Schleich, 17[illegible] 8. pagg. 101.

Nimiae breuitati magni BOERHAAVII debe[illegible] haec ſupplementa, quae, Cl. Auctor, in v[illegible] auditorum vtiliter hic tradit. Nec immo[illegible] profitetur Noſter, ex HIPPOCRATIS aut [illegible] NI aliorumque inſtitutionibus haec ipſa ſup[illegible] menta eſſe repetita, additis iis obſeruationibus, [illegible] Cl. DELIVS Ipſe collegit, et ſecundum funct[illegible] vitales, naturales, et animales, vt re et nomin[illegible] ſeruirent, digeſta. Quae BOERHAAVIVS, dum[illegible] mioticam vniuerſam tradere ſecum conſtituer[illegible] ſigna ſanitatis docuerat, praeter ea, quae hic [illegible] lemmata, accipiuntur, ea conſultius duxit Cl. [illegible] ctor, ad hygieinen, diaeteticam cet. amandar[illegible] ſuis locis reſtaurare. Reliqui autem paragra[illegible] rum numeri non turbati ſunt, quaeque addita, [illegible] ciatim interpuncta, vt tamen nonnulla quo[illegible]
p. 31. complementi ergo ex ipſius Auctoris patholog[illegible] inſerta reperiuntur. Largitur vero Cl. DELIVS [illegible] ſcientiae ſemioticae compendium non omnibus [illegible] meris eſſe abſolutum, et id circo ſuadet huius[illegible] ctrinae hiſtoriam litterariam addere, vti et Ipſe [illegible] fecit. Haec et alia e. gr. de ſignis morborum [illegible] de ſignis ſtatus morboſi et omnino de ſemiotica [illegible] nem

rali et ſpeciali cet. legimus in praemiſſa inſtituti ione, nos vero iam de nonnullis ſingulis videa- us, a Noſtro iis, quae a BOERHAAVIO *) ſunt ipta, additis.

Ad §. 871. Nexus et differentia *pathologiae* p. 17. *ſemiologiae*. Notio *morbi*, effectuum morbi ſ. *ymptomatum*, actiuorum et paſſiuorum. Notio *morbi* ſ. praeternaturalis, *ſchematis* morbi, *eriae* et *nomenclaturae*, in quauis *vernacula*, mor- nec non *claſſificationum* morbornm et *noſologiae*. *characteriſtica* in genere.

Differentia ſemiotices phyſiologicae, et patho- icae. Excuſatio Cl. Auctoris, de ente loquentis. tamen exiſtentiam, et eſſentiam, rei, ſubiectiue, biectiue, ſumtae, de qua agitur et in concreto, ſiderare oportet.

Curationis morbi, et ſanationis, differentia, et nenientia. De ſemiotica, therapeutica, et diſ- , ne quid nimis, nec minus, fiat. De eo, quod, te nata agere poſſunt, et debent, medici ratio- es, et eo, quod ſaltem obſeruare, vel enun- queunt.

Ad §. 873. De *iudicio intuitiuo*. De ſemiotica p. 18. *erica et philoſophica*.

Ad §. 878. De *typo*, *paroxyſmo*, *genio morbi* p. 21. c. in variolis, tertiana, cachexia, ſcorbuto, co- a cet.

Ad §. 881. De *morbo ſibi relicto*, et congrue, p. 21. ſecus, tractato. De autocratiae natura. De rbi inuaſione, incremento, ſtatu, declinatione: ſtadio vario. Characteres ſanitatem, eamque latiuam, deſignantes melius in Higieine tradun- , qui itaque hoc loco ſeparantur. Vt tamen in rpore humano, apparenter ſano, etiam quae- am apparere poſſint, e quibus ad ſtatum praeſen- tem,

*) Omittimus Boerhaaviana verba ſpatio parcendi cauſa.

tem, vel praeteritum, vel futurum, conclu-
teſt; vt in habita, repleto; in conformatione
gulari, varia.

Opportunus nunc locus eſt enarrationi h-
riae litterariae ſemiotices.

p. 23. Ad §. 900. De *examine* aegroti, rite inſtitu-
do, ſuccincto, interdum politico. In morbis a-
et chronicis. In aegroto iam noto, vel pri-
viſo, ſeu nunciato. Conſideratio individui ſe-
dum: 1. Res naturales, quales ſunt: ſexus, a-
temperamentum, conformatio, conſuetudines, v-
genus. Anectotae variae. 2. Non naturales, q-
ſunt: aër, locus habitabilis, clima, cibus et p-
motus et quies, ſomnus et vigiliae, excreta e-
tenta, pathemata animi. 3. Praeternaturales, q-
ſum pertinent: ſtatus praeſens, alienus a ſtatu
collectio ſymptomatum. Cauſſa morbi inco-
occaſionalis, varia. Venenum. Miaſma. M-
antecedens. Laeſiones externae. Morbi di-
lati, vel ſimulati. Remedia adhibita varia. Ill-
tio per exempla, et caſus, in terminis, dictor-
vnde hae lacrimae? De conſcribenda hi-
morbi. De conſiliis medicis. De patientia a-
et medici, vtriſque ſalutari, oneroſa, et diſcre-

p. 30. Ad §. 914. De *ſcorbuto.*

p. 37. Ad §. 925. Notio *reuolutionis morboſae.*

p. 51. Ad §. 956. Exemplo *veſicatoriorum: p-*
grae: efflorescentiae: excoriationis.

Supplementum. Breuis ſciagraphia m-
rum pecorum, chronicorum, et ſic dictorum
zooticorum; benignorum, et malignorum;
topicorum, et cuiuis generi animalium proprio-
cum ſignis potioribus.

p. 56. Ad §. 958. De modo *explorationis pu-*
Menſurae. Numerus. Rhythmus. Eurythm-
Arythmia. De pulſibus Sinenſium. De pulſ-
org-

gmicis, et artibus ſphygmicis, nouiter ſtabilitis. e cauſis mutationum. Conf. 969. De pulſu pro- tore pathematum. Sympoliſmus cum reſpi- ione.

Ad §. 968. De *aeſtu volatico. Erubeſcentia.* p. 60.

Ad §. 976. De *reſpiratione exanthematum prae-* p. 62. *nia.* Vom Heben und Iagen.

Ad §. 995. De *ſtimulo vario.* Et a vicinia. p. 78. *mus* ſyſtematis vropoieſeos, et ſpermatopoieſeos.

Ad §. 1017. De *capſulis*, ſic dictis, renalibus, p. 85. *rbilariis.*

Quae hactenus additamenta Cl. DELII recen- *mus*, cuilibet BOERHAAVII paragrapho ab Ipſo adiecta, nunc ad ea capita tranſeamus, quae *tionibus* BOERHAAVII ſemioticis interſperſit. *rea* ſchema dierum criticorum IVNCKERI *) *um* hic eſt additum.

Caput III. *De motus tonici alteratione, vt ſigno.* p. 52.

Caput VI. *De ſanguine et haemorrhagia, vt ſigno.* p. 66.

Caput VII. *De ſudore, vt ſigno.* p. 69.

Caput VIII. *De ſputo, vt ſigno.* p. 70.

Caput IX. *De functionibus primarum viarum et* p. 73. *ta et aluinis deiectionibus, vt ſigno.*

Caput XI. *De tumoribus et abſceſſibus, vt ſigno.* p. 87.

